formulare







liber martini de [illegible]
vicarii ecclie Cracovien[illegible]

summo pontifice

Nicolaus


[illegible]


[illegible]

[illegible]
p nō exponere conuenit illū
ui exponi debet constructio tota
mbasina siue recto clausula plena
p uerbi placet illi iura teneri
si fiat & huius constructio duplex
placet esse pius nobis placet esse pios
similes debet constructio casus
ergo similem retinet sibi formam
e pati signari gerundia possunt
p hic tac huius constructio duplex
a vobis veniat signantibus actum
lectat in spectando quasi pulcra
undiuis quod sum gerit est videt
si triplex illis constructio detur
essendi causa vis clerice radi
essendi causa fero arma parari
causa regem me posco iuuari
primum distingue supinum
undiuis prius supina supina
verbo p quod motum ibi signo
sermo quandoque per ipsam
aliter hanc ibi dices esse tenendam
p voces confundis materiales
ius pars est apponens positiua
alii sociari positiue
debites de sub pede de me fontes

bibl. Willan

D e motu vel terminis tamen exercic
S i nō designo motū ubi construe sex
J n campo verto si sis bene dicās in
S i sis exterius in campū sit ubi verus
J ungē nō poterit coniunctio mobile
J ungit diuersa coniunctio significa
Q ueris si liceat voces coniungē binas
P er ł siue per vł solam ł nō medio
E t si voces fuerint tales q significato
V nius alterius comprehē dis significatū
R ecte dicetur homo gramaticus simul
E t parti iūctum debes restringere h
J d solum presta quō ps nō denotat ill
J nde potest queri si possit istē sibi iun
A ut si iungat quō adesse nequit ł ad
S i iūgas recte facies quam principare
C oncesso q tu melior sis quā plato ver
C oncludes ergo plato principat bonit
E st alius q̄ tu vir̄ tal' is ergo vir̄ es
D e x relatiuis logice sit regula talis
Q n̄ relatio sit extrinseca debet eidem
D ictio subiūgi q̄ rem determinat eius
C ū x relatio sit intrinseca nil peut ad
P luralis numo similes sunt q̄s ibi ter





Processus Citacionis pro eligendo novo pontifice

Jacobus de Semno apostolicus prothonotarius et Administrator in spiritualibus et temporalibus Sede Ecclesie Cracoviensis vacante ac ceteris dominis prelatis et Canonicis tocius Capituli presentibus Ecclesie Cracoviensis [illegible] [illegible] Honorabilibus discretis et providis viris dominis Vicariis et Ebdomadariis Ecclesie Cracoviensis Katedralis necnon Gneznensis Metropolitane et Wratislaviensis Wladislaviensis Ploczensis Poznaniensis et Lubucensis Kathedralium et Collegiatarum et Secularium prochialium Ecclesiarum et Vicariis earundem Viceplebanis et presbyteris quibuscunque ac tabellionibus per et infra Civitates Dioceses et Gneznensis provincie et alias ubilibet constitutis presentibus requirendis Salutem et felicitatem in domino caritate. Cum recordacionis benedicte Reverendissimus in Christo pater dominus Sbigneus miseracione divina tituli sancte Prisce Sancte Romane Ecclesie presbyter Cardinalis et Episcopus Cracoviensis sicut deo omnipotenti placuit die prima mensis Aprilis currentis alias feria tercia ante festum Ambrosii ex hac luce a domino vocatus pro meritis et accionibus suis opulentam sicut pie credimus recepturus mercedem decesserit. Nos quoque corpore suo die nona mensis Aprilis prefati alias feria quinta ante festum sancti Tiburcii Ecclesiastice tradito sepulture et undecima Aprilis mensis prefati alias feria sexta ante sancti Tiburcii sicut die date presencium ad pulsum Campane in solito et Capitulari loco in Ecclesia Cracoviensi Kathedrali more solito hora tercia Capitulariter in unum et multum notabiliter convenientes et congregati tractatibus et deliberacionibus optimis habitis ne Ecclesia ipsa Cracoviensis suo viduata pastore exponeretur periculis et gravibus et lesuram pro electione futuri pontificis eiusdem Ecclesie Cracoviensis diem durante festi Penthecostes proxime futurum que erit vicesima quinta mensis Maii proxime venturi concorditer instituimus cum continuacione dierum sequencium et per citacionis literas contra omnes et singulos Venerabiles dominos prelatos et Canonicos dignitates personatus Canonicatus et prebendas in eadem Ecclesia Kathedrali Cracoviensi obtinentes vocandos fore decrevimus et damus potestates pro die electionis huiusmodi invitandos et vocandos secundum Juris institutorum continuationem quos et nos presentibus invitamus et vocamus. Quocirca vobis in diocesi Cracoviensi omnibus et singulis in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis mandamus. Vos vero in Gneznensi Wratislawiensi

Wladislavien, Ploczen, Poznanien et Lubucen diocesibus
Auctoritate omnibus iuris, et virtute laudi, et vigore provincia-
lium statutorum in duo regnum et hortamur quibus omnes
et singulos vel eos dominos prelatos et canonicos dignitates
personatus canonicatus et prebendas in ipsa ecclesia kathedrali Crac.
obtinentes et alios quoslibet sua quomodo vel divisim interesse puta-
tam quorum nomina dignitates personatus canonicatus et prebendas
volumus haberi pro expressis personaliter accedentes si comode
eorum copia apprehendi poterit, vel in domibus eorum habita-
tionis coram familia aut in ambonibus ecclesiarum earum
uno edicto pro tribus et peremptorie alta et intelligibili
voce publice proponendo aut coram plebis multitudine ad
audiendum divina congreganda seu per affixionem presentis processus
in valvis ecclesiarum earundem citetis, quos nos et quoslibet
eorum citamus presentes et citatos citatum esse volumus
ut Cracovie in loco capitulari in ecclesia Cracoviensi kathedrali
predicta mane hora capitulari solita et consueta ad electionem
huiusmodi pro die dominico festi Penthecostes proximo, per nos sic
instituta, dante domino faciendam celebrandam et consumandam
personaliter et legitime compareat, et electioni huiusmodi curet interesse
Et nichilominus volumus quibus copiorem copiam habere non poterit
vicarios omnium et singulorum dominorum prelatorum canonicorum dignitates
personatus canonicatus et prebendas in eadem ecclesia habentium, qui
vicarii continuam residentiam circa ecclesiam kathedralem Cracoviensem
facere consueverunt, eorum quod prevides et vicesgerentes pro
tempore requiratis et citacionem huiusmodi de electione futuri
pontificis et diem pro eadem instituta ipsis insinuetis
et intimetis in vim et effectum ut notitie prelatorum
et canonicorum in ecclesia Crac. kathedrali dignitates personatus
canonicatus et prebendas obtinentium, citacionem et diem prefatos
deducant et deduci faciant alias eos et quoslibet eorum
certificamus quos et nos certificamus quod nos quacumque et
absentia eorundem prelatorum et canonicorum aut alterius
eorum ecclesie Cracoviensis prelibate in eadem dignitates
personatus canonicatus et prebendas obtinentem non obstante ad

citacionem huiusmodi pro die modo et forma premissis posita prout
spiritus sanctus corda nostra afflaverit dante domino peregerit et ne
aliqui eorundem dominorum prelatorum et canonicorum dignitates personatus
canonicatus et prebendas in ecclesia Curiensi predicta obtinentes
et eorum vicarii parentes seu et representantes in premissis aliqua
pretendant ignorantiam mandamus volumus et requirimus
modo et forma premissis quatenus presentes nostre citacionis et institu-
cionis dicte citacionis litteras in valvis ecclesie predicte ad
instar publicorum edictorum affigatis et affigi faciatis affixasque
publice ad moram solitam pendere permittatis. Et nichilominus
volumus quod omnes dominos prelatos et canonicos dignitates personatus
canonicatus et prebendas in eadem ecclesia Kathedrali Curiensi obtinentes per
hanc citacionem stringi et artari perinde ac si ad singulorum
eorum noticiam esset deducta et personaliter per eandem essent appre-
hensi. Actum et datum Curie in loco quo supra capitulari feria
sexta ante festum sancti Tiburcii alias undecima mensis Aprilis
Anno domini 1477. Nostris sigillis presentibus subimpressis execucionis
presentis litteram reddite die execucionis debite annotata.

Processus vacante Sede Episcopali ut pro mortuo orent et
de novo eligendo Episcopo deum precentur Clerici

Johannes etc. Honorabilibus discretis et circumspectis etc. Salutem in domino.
Speciosus forma pre filiis hominum et Regis sempiterni filius coe-
qualis sponsus sancte ecclesie dominus Ihesus Christus apostolos quibus
sponse sue regimen post completum nostre redempcionis dispen-
sacionem committet electurus sublimioris loci vicem conpendit [?] et
oracionibus precum interpellandum duxit. Unumquemque peccatoribus velu-
que[?] celum ut et ipsi opus virtuosum consequantur et in apostolorum
sedes personas dignas substitui in quantum per opera meritoria
et religiosa quo deo per innocentes fiat conpendat et pro dono
spiritus sancti assiduis precacionibus interpellent. Cum itaque prout
ad unumquemque verum certa certitudine acceperimus premisse
recolende memorie olim in Christo pater dominus Thomas Episcopus Curiensis
eternam et inmortalem coronam pro suis preclaris que egit in vita
operibus preciosis divina preceptura vicesima secunda die mensis Septembris

sopitum cepit et tussim quievit. vocatus a deo de hac vita et
nos cum venerabilibus dominis prelatis et clero nostre ecclesie pro alto spo-
sponso et pastore ecclesie tractare iuxta sanctorum patrum sanctiones
saluberrimas, eligendo, diem conceptionis gloriosissime virginis
Marie, octavam videlicet mensis futuri decembris, constituimus et
deputavimus. Atque per illa omnes et singulos qui de iure vel
consuetudine ius eligendi noscuntur optinere invitavimus, evocavimus
et citavimus personaliter et per edictum, sicut nobis utile
et optimum consistit. Ut interim maiestatem divinam casti-
gando corpora per afflictiones et ieiunia, vacando orationibus
sacrificiis et elemosinis, et immolando altissimo vitulos la-
biorum, oves pro bono pastore iugiter obsecrent, et clerum per
donum sancti spiritus electoribus infundendum dari suppliciter, qui
opus non dignitatem, labores non delicias desideret, qui
in ovile ovium a recto hostio introeat, non per abscondita
et prohibita foramina ascendat, qui se pro populo suo contra iram dei
sepem ponat, et ultionem divinam sua prece et merito a populo
et terra avertat. Convocata vobis omnibus dominis suprascriptis
in virtute s. o. et s. e. p. districte precipimus et mandamus, quatenus sin-
gulis feriis sextis missam de sancta trinitate, quartis de sancto spiritu,
et tertiis de passione Jhesu Christi in voce et cantu, collectas vero
omnibus diebus specialem imponendo de spiritu sancto collectam
agatis et agi faciatis in ecclesiis vobis subiectis continuis
huiusmodi usque ad diem electionis continuatim. Plebem vero
ut usque secum in remissionem peccatorum cuilibet iniungendo
hortemini, ut quilibet eorum singulis diebus flexis genibus
ter unum pater noster et totidem Ave Maria in honorem benedicte
trinitatis devocius quo potest decantet, ut insuper facilius
propiciacionem divinam mortuus episcopus noster predecessor venerandus
Thomas optineat, mandamus ut quilibet vestrum sive curatus
fuit sive non, pro anima illius tres missas quanto celerius
poterit legat et animam illius altissimo commendare in memoria
que de mortuis agitur non desistat. Volumus insuper et
vestrum cuilibet sub eadem districtione mandamus, quatenus unusquisque

rum adventu dni · ab illis principiacum et exordio usque ad ele-
ctionis diem inclusive · in alio Quadragesimali ieiunet ·
et ab esu carnium et lacticiniorum per diebus illis penitus absti-
neat, diem vero Veneris unam · et die subsequentem sancti
festum Conceptionis immaculate predictum in pane tantum et aqua
ieiunet · et de mensa sua pauperes · viduas · orphanos · et
egenos iuxta sui posse plus solito reficere studeat · Sed nec
quemquam huius nostri mandati difficultas moveat · quum ut evitemus
mercenarium et pastor bonus iuxta cor dni nobis tribuendus
succedat, multo plura restabat et iungenda · et per singulas
implenda, plena tamen nos tenet spes et fiducia quod et si
ea pauca que inbeo cum mansuetudine et devotione impleverit a
maiestate divina · cuius proprietas est misereri · et que supplicium
vota turbare consuevit · efficiet propicia et placata · Vos
singula que gestimus · que optamus · dependeatque ipse tribuens
dono suo sponsus pastorem nobis et doctorem iusticie ex alto
concedat et descendere faciet in nos imbrem matutinum et
serotinum etc.

Intimacio Electionis futuri pontificis illis quibus interest et termini eiusdem electionis prefixio seu constitutio

Johannes etc. vicarius cetris dnis et honorabilibus etc. salutem et sinceram in dno
caritatem. Significamus vobis quod bone memorie Reverendus pater dominus
Thomas quondam episcopus noster Cracoviensis die martis xxiij septembris
katholice et religiose defunctus spiritum tradidit creatori, cuius
corpore cum reverencia debita die lune penultima septembris mensis
presentis, Ecclesie tradito sepulture in Ecclesia nostra predicta, die
vero sequenti Capitulariter in eadem Ecclesia et in loco Capitulari
congregati volentes providere ne ex prolixa vacacione ipsius iacturas
et dissensiones in spiritualibus et temporalibus susciperet, habito inter
nos maturo et diligenti tractatu diem Conceptionis Beatissime
virginis Marie proximum que est dies octava mensis Decembris
proxime futuri cum continuacione dierum sequencium ad tractandum
de electione futuri pontificis et ad electionem celebrandum
duximus designandum et statuendum, prout tenore presentium designamus et

statuimus, ac designacionem et statucionem termini siue diei convocacionis predicte anime prefate que erit octava decembris mensis presentis, nobiscum ad tractandum et eligendum futurum pontificem Cracoviensem in ecclesia nostra Cracoviensi prefata, in loco capitulari hora terciarum convenire curetis. Alioquin nos ceterique ad eleccionem huiusmodi domino annuente procedemus cum Dei auxilio, vestri absencia in aliquo non obstante. Vos si forte iusto impedimento nequiveritis dicto termino interesse, et velitis aliquem in ipso eleccionis negocio de canonicis nostris vices vestras committere, placeat ad nos nuncium vestrum specialem et idoneum transmittere, qui iuxta statutum Lateranensis concilii super ipso impedimento plenam faciet fidem. Datum Cracovie etc. Nostris sigillis presentibus subimpressis.

4 Processus reservacionis certorum beneficiorum per d. Jo. Dlugossz cum censurarum fulminacione

Sbigneus miseracione divina tituli sancte Prisce sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis et episcopus Cracoviensis, commissarius quoque et executor ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, Reverendo in Christo patri .. episcopo ac venerabilibus circumspectis et honorabilibus viris .. preposito decano archidiacono scolastico cantori custodi canonicis et personis ecclesie kathedralis Cracoviensis, primacie metropolitane Gneznensis, ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eadem ecclesia Ploczensi canonicorum et personarum recepcio et admissio necnon prebendarum assignacio pertinet, Omnibusque aliis et singulis quorum interest vel interesse poterit, quos quoque infrascriptum tangit negocium seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur aut quacumque prefulgeant dignitate, presentibus requirendis, salutem in domino et nostris ymo verius apostolicis firmiter obediencie mandatis. Litteras beatissimi in Christo patris et domini nostri domini N. divina providencia pape quinti, eius proprio motu et mera liberalitate de et super reservandis pro duodecim personis ecclesiasticis beneficia ecclesiastica in ipsis litteris apostolicis plenius designata in predicta metropolitana Gneznensi vel aliis kathedralibus seu collegiatis infra limites primacie eiusdem metropolitane Gneznensis consistencia ad quemcumque

seu generale et dimissum ad quorumcumque collacionem provisionem presentacionem
electionem seu quamvis aliam disposicionem pertinencia spectabat et eli-
gendi nominandi ac ipsa beneficia cum omnibus eorum iuribus et perti-
nenciis eisdem personis conferendi et de ipsis iuxta predictarum litterarum apostolicarum
continenciam et tenorem providendi, cum vera bulla plumbea in cor-
dula sericea rubei et glauci coloris more Romane curie impendente
bullatas, sanas, salvas et integras, non cancellatas, non vici-
atas aut in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione
carentes, nobis concessas directas ac realiter et cum effectu exhibitas
et presentatas. Nos autem ea qua decuit reverencia noviter rece-
pisse, huiusmodi tenorem qui sequitur continentes: Nicolaus episcopus servus ser-
&c. Post quarumquidem litterarum apostolicarum nobis ut premittitur concessarum exhi-
bicionem et recepcionem per nos factam, nobis extitit ad earum execucionem
debitam procedere instanter ipsas quod ad effectum deducere cupientes auctoritate
apostolica nobis in hac parte attributa reservavimus et presencium tenore
reservamus donacioni nostre pro venerabili viro domino Johanne Johannis
Dlugosch de Nijedzelsko custode Wisliciensi et canonico Cracoviensi
cancellario et secretario nostro intime nobis dilecto, nobilitate
generis, vite ac morum honestate aliisque donis virtutum apud nos
per experienciam continuam multipliciter commendato et aliis idoneo et bene
merito. Non obstante prout premissis fuimus dominus noster voluit non
obstare, quod idem dominus Johannes plura beneficia ecclesiastica obtineat
videlicet custodiam collegiate Wisliciensis ecclesie Cracoviensis diocesis, que principalis
post pontificalem inibi non existit, canonicatum et prebendas Cracoviensis
et Wladislaviensis ecclesiarum kathedralium, et insuper canonicatum et prebendam colle-
giate ecclesie predicte diocesis Cracoviensis ecclesiarum. Beneficium ecclesiasticum
etiam si canonicatus et prebenda seu capellanie porcio, dignitas personatus
administracio vel officium in predicta ecclesia kathedrali Ploczensi existat
et ad dignitatem personatum administracionem vel officium huiusmodi consue-
verit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum, dummodo
dignitas ipsa in eadem ecclesia kathedrali Ploczensi post pontificalem
maior non existat. Et cuius si cum cura centum, si vero sine cura
fuit octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum taxacionem decime
valorem annuum non excedat, ad cuiuscumque seu generale vel dimissum
ad quorumcumque collacionem provisionem presentacionem electionem seu quamvis
aliam disposicionem pertinens, si quod hodie vacat aut extunc in an-
tea vacaverit, quod idem dominus Johannes per se vel procuratorem suum

ad hoc ab eo legitime constitutum infra unius mensis spacium postquam
sibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit duxerit acceptandum
Ipsius quoque domini Johannis predicti in ordine ad huiusmodi canonicatum eli-
gimus et nominamus Ac illud sibi conferendum cum omnibus iuribus
et pertinenciis suis Ac eciam ut eidem inibi prebenda reservetur
cum plenitudine iurisdiccionis per nostri anuli digito suo impositionem
providendum duximus et providimus tenore presencium Cum omnibus et
singulis prerogativis Antelacionibus Exceptionibus et decla-
racionibus per prefatum dominum nostrum familiaribus suis continuis
commensalibus concessis In certo libro Cancellarie apostolice descriptis
Quibus omnibus et singulis ipsum dominum Johannem ipsorum famil-
iarium eiusdem domini nostri ad instar gaudere volumus
prout et prefatus dominus noster duos in omnes et singulos per nos
in vim predicte specialis concessionis nominandos eisdem gaudere
voluit et decrevit Quocirca vobis omnibus et singulis supradictis
ac vestrum cuilibet Ac aliis quorum interest vel interesse poterit communiter
vel divisim prefatas litteras apostolicas et hunc nostrum processum
ac omnia et singula in eis contenta intimamus insinuamus
publicamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noti-
ciam deducimus et deduci volumus per presentes Et nichilominus vos
omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet in solidum
Auctoritate apostolica prefata tenore presencium requirimus et monemus
primo secundo tercio et peremptorie vobis que nichilominus et
vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub infrascriptis sentenciarum
penis districte precipientes mandamus Quatinus infra sex
dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presencium vobis
seu alteri vestrum factam immediate sequentium et postquam pro
parte predicti domini Johannis principalis fueritis requisiti seu
alter vestrum fuerit requisitus Quorum sex dierum duos pro primo
duos pro secundo et reliquos duos dies vobis universis
et singulis supradictis pro tercio et peremptorio termino ac monicione
canonica assignamus prefatum dominum Johannem vel procuratorem suum
eius nomine in predicta ecclesia Cathedrali prout ad
vos pertinet recipiatis in canonicum et confratrem stallo sibi
in choro et loco in capitulo eiusdem ecclesie cum plenitudine

Iurisdicti assignatis prebenda vero ac dignitatem administracionem
vel officium eiusdem ecclesie plocensis Necnon beneficium ecclesiasticum
cum cura vel sine cura etiam si canonicatus et prebenda dignitas
personatus administracio vel officium in ibi existat et ad dignitatem
personatum administracionem vel officium consueverit quis per eleccionem
assumi, eique cura immineat animarum dummodo dignitas huiusmodi
maior post pontificalem non existat, si quod vacat aut cum in-
antea successive vacaverit quod dictus dominus Johannes per se
vel procuratorem suum infra unius mensis spacium postquam sibi vel
eidem procuratori vacacio illius innotuerit duxerit acceptandum
conferendum sibi vel dicto procuratori pro eo collacioni seu do-
nacioni nostre imo verius apostolice, et subdelegatorum nostrorum
infrascriptorum specialiter et expresse cum omnibus iuribus et perti-
nenciis suis universis ut premissum est reservavimus ac etiam reser-
vamus Inhibentes nichilominus vobis domino Episcopo Necnon preposito
decano archidiacono scolastico cantori custodi et capitulo
singulis quoque canonicis et personis predicte Katedralis ecclesie
plocensis, et quibusvis aliis quibus presentes nostri processus diriguntur
super dictis. Ne de prebenda dignitate personatu administracione
vel officio et beneficio huiusmodi quod tempore reservacionis vacabat
aut postea vacaverit seu vacat ad presens vel quod primum
inantea successive ipsum vacare contingat quod idem dominus Johannes
vel suus procurator duxerit acceptandum Iubemus etiam ante acce-
ptacionem huiusmodi nisi postquam vobis constiterit quod ipse vel procurator
predictus illud acceptare noluerit quicquam facere vel ordinare
Nec ad illud quemquam alium quam dictum dominum Johannem presentare
eligere recipere vel admittere seu aliquid alteri quam eidem
domino Johanni conferre aut alias de illo disponere quodsit
in preiudicium predicti domini Johannis et contra reservacionis et
Inhibicionis huiusmodi tenorem presumatis Decernentes exnunc
prout et quatenus per constitucionem sanctissimi domini nostri decretum est
irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate
scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel

impositum contigerit attemptari. Non obstantibus omnibus que praefatus
Benedictus dominus noster in praedictis suis litteris voluit non obstare. Monemus
insuper et requirimus modo et forma praemissis vos omnes et singulos
ac alios quorum interest seu intererit supradictos. Quatenus infra
sex dierum spatium praefatum eundem dominum Johannem vel eius procuratorem
eius nomine praebendam ac dignitatem administrationem vel officium
et beneficium acceptasse sibique collatum et assignatum fuisse
et esse noveritis, que tunc vos omnibus et singulis ac aliis
quorum interest vel intererit, pro omni dilatione et causa monitionis
assignamus praedictos praefatum dominum Johannem vel procuratorem suum eius
nomine in corporalem realem et actualem possessionem praebende
ac dignitatis personatus administrationis vel officii necnon beneficii
iuriumque et pertinentiarum eorundem inducatis recipiatis et ad-
mittatis ac induci recipi et admitti inductumque defendi
faciatis et procuretis sibique de ipsorum canonicatus et praebende di-
gnitatis personatus administrationis vel officii necnon beneficii fru-
ctibus redditibus proventibus iuribusque et obventionibus universis
integre respondeatis et faciatis ab aliis quantum in vobis
fuit plenarie responderi. Quod si forte praemissa omnia et singula
prout per nos mandantur non adimpleveritis cum effectu aut
praenominato domino Johanni vel procuratori suo impedimentum
aliquod quominus omnia et singula supradicta suum consequantur
effectum prestiteritis per vos vel alium seu alios aut impe-
dientibus ipsum dominum Johannem vel procuratorem suum super praemissis
in aliquo dederitis auxilium consilium vel favorem publice
vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore
Nos in vos omnes et singulos supradictos aut quoslibet alios
tam ecclesiasticos qui praelatos cuiuscumque dignitatis status
gradus ordinis vel condicionis existant, qui in praemissis cul-
pabiles fuerint seu fuerint. Ac mandatis et monitionibus
nostris huiusmodi immo verius apostolicis non paruerint seu non pa-
ruerint realiter et cum effectu. Et generaliter in quoslibet contra-
dictores in hac parte rebelles sententiam prout competit extunc
prout exnunc excommunicationis. In capitulum vero praedicte ecclesie placet
si in hiis deliquerit suspensionis a divinis ac ipsam et
quorumcumque delinquentium ecclesias interdicti sententias

ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus Vos vero Reverendo
patri Episcopo cui ob reverentiam vestre pontificalis dignitatis deferendum duximus
in hac parte si quod premissa vel aliquod premissorum fecerit per vos vel
summissas personas dictos sex dies canonica monitione premissa ingressum
ecclesie interdicimus in hiis scriptis Si vero huiusmodi interdictum per alios
sex dies dictos sex dies immediate sequentes sustinueritis vos similiter
canonica monitione premissa in eisdem scriptis suspendimus a divinis Verum
si prefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies dictos
duodecim dies immediate sequentes animo quod absit sustinueritis in-
durato vos similiter canonica monitione premissa in eisdem scriptis excommunicationis
sententia innodamus Ceterum cum ad executionem ulteriorem in premissis
negotiis faciendam nequimus quo ad presens aliis arduis nostri officii
impediti circa personaliter interesse Universis et singulis dominis Abbatibus
prioribus prepositis decanis archidiaconis scolasticis cantoribus custo-
dibus thezaurariis sacristis tam cathedralium quam collegiatarum
canonicis parochialium quoque ecclesiarum rectoribus et loca tenentibus eorundem
plebanis viceplebanis curatis et non curatis clericis quoque presbiteris clericis
notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem et dioc.
ploczensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum super
ulteriori executione predictarum litterarum apostolicarum et mandati nostri
faciendam tenore presentium plenarie committimus vices nostras donec
eas ad nos duxerimus revocandas quos nos etiam et eorum quemlibet
tenore presentium requirimus et monemus primo secundo tercio et peremptorie
Eis quoque nichilominus et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis
pena districte precipiendo mandamus Quatenus infra sex dierum spacium
postquam pro parte predicti domini Johannis fuerint requisiti seu alter eorum
fuerit requisitus immediate sequentium quem tunc eis et eorum cuilibet
pro omni dilatione et canonica monitione assignamus Ita tamen quod in
hiis exequendis unus alterum non expectet nec alter pro alio se
excuset Ad vos omnes et singulos supradictos personas quoque et loca
alia de quibus expediens fuerit personaliter accedat seu accedant et
prefatas litteras apostolicas et hunc nostrum processum vobis coniunctim et divisim
legitime intimet et fideliter publicare procuret Et nichilominus pro dicto
domino Johanne vel eius procuratore in dicta ploczensi ecclesia

kathedrali in canonicum recipi et in fratrem stallum quod sibi in choro
et locum in capitulo eiusdem ecclesie cum dicti Juris plenitu-
dine assignari faciat et procurent prebenda vero ac dignitate
personatu administracionis vel officio non beneficio per nos ut
premittitur auctoritate prefata sibi dictum domini nostri nobis in hac parte attributa
reservatur si tunc dicte resignacionis vacabat aut postea vacavit
aut cum vacaverit quod dictus dominus Johannes vel procurator suus pro dictis
duxerit acceptandum post acceptacionem eandem sibi vel procuratori suo
predicto cum omnibus iuribus et pertinenciis supradictis conferat et
assignet aut alter eorum conferat et assignet ac provideat
de eodem ipsum quod vel procuratorem suum pro eo in corporalem realem
et actualem possessionem prebende ac dignitatis personatus ad-
ministracionis vel officii non beneficii ut est moris admitti sibi
quod vel procuratori suo de ipsorum canonicatus et prebende ac dignitatis personatus
administracionis vel officii non beneficii fructibus redditibus pro-
ventibus iuribus quod et obvencionibus universis integre respondeant
et faciant ab aliis plenarie responderi Et generaliter
omnia alia et singula nobis commissa plenarie exequantur iuxta
tradita a sede apostolica nobis forma Ita tamen quod idem subdelegati
nostri in preiudicium predicti domini Johannis vel procuratoris sui et potestate
nostri processus nichil valeant attemptare vel processum per
nos habitum et sentencias per nos latas absoluendo vel suspen-
dendo aliquid innovare In ceteris autem que predicto domino Johanni
vel eius procuratori in premissis nocere possint prefatis nostris subdelegatis
potestatem omnimodam denegamus Et si contingat nos super premissis
in aliquo procedere de quo nobis potestatem plenariam reservamus non
intendimus propterea nostram commissionem in aliquo revocare nisi
de revocacione ipsa specialem in hiis nostris fecerimus mencionem
Processum autem nostrum presentem volumus penes dictum dominum Johannem
vel ipsius procuratorem remanere et non per vos aut aliquem vestrum
ipsis invitis detineri Contrarium vero facientes prefatis
nostris sentenciis ipso facto volumus subiacere mandamus tamen copiam
fieri de premissis petentibus et habere debentibus petencium quidem
sumptibus et expensis Absolucionem vero omnium et singulorum qui prefatas
nostras sentencias aut earum aliquam incurrerit quoquomodo nobis

vel superiori nostro termino resignare In quorum omnium et singulorum fidem et
testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi
nostrum processum in se continentes sive continens exinde fieri et per
Notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus
Nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri Datum et actum
Crac(ovie) in curia nostra sub anno a Nativitate domini 1472 Indictione sexta
pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti anno octavo
die vero quinta mensis Novembris hora vesperorum vel quasi presentibus
ibidem venerabilibus dominis Jacobo sacre theologie professore provinciali fratrum
predicatorum ordinis sancti dominici Raphaele de Skawinarz(?) et
Jacobo de C. etc testibus ad premissa etc.

Et ego N. etc Imperiali auctoritate Notarius etc Quia predictis litterarum
apostolicarum exhibitioni et receptioni beneficii in predicta Cathedrali
Ecclesia (?) per ipso domino Johanne dlugossch in ordine (?)
presentis litteris apostolicis tenore reservationis premissisque ad illius
electioni et nominationi sententiarum fulminationi subdelegationis aliisque
omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent presens
Venerabili patre domino (?) etc una cum prenominatis etc Ideo presens
publicum instrumentum per alium me aliis prepedito negociis scriptum
exinde confeci (?) et in hanc etc una cum
(?) domini prius dicti (?) appensione sigilli consignavi
rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Intimatio provisionis apostolice de episcopatu Cracoviensi illustribus (?) cum censurarum fulminatione

Jacobus de Senno dei gratia Electus et Confirmatus Ecclesie Cracoviensis
Venerabilibus honorabilibus circumspectis et discretis viris dominis Abbatibus
Prepositis Decanis archidiaconis Scolasticis Cantoribus Custodibus Canonicis tam
nostre Cathedralis Cracoviensis quam omnium Collegiatarum et Conventualium
(?) Ecclesiarum Rectoribus vicariis et eorum vicesgerentibus necnon
presbiteris curatis et non curatis Tabellionibus Sindicis et Notariis
publicis et clericis in quocumque statu ordine vel conditione constitutis
Omnibusque et universis et singulis per et infra Civitatem et dioc-
cesim Cracoviensem ubilibet constitutis ad quos presentes nostre littere

pervenerit, et qui presentibus fuerint requisiti. Olim in duo sempiternam
Et meis inmoverint apostolicis obedire mandatis. Noveritis quod
sanctissimus dominus noster Pius sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie
summus pontifex papa secundus non pro meis virtutibus, actionibus
aut meritis, sed de sue benignitatis largissima prudencia et favore
Nos de Ecclesia Cracoviensi, tam per cessionem quam per morte Re-
verendi olim in Christo patris domini Thome Episcopi Cracoviensis vacantem pro-
vidit. Nos quod prefate Ecclesie Cracoviensi prefecit et ordinavit in Episcopum
et pastorem, mandans auctoritate apostolica per speciales litteras sue
sanctitatis plumbea bulla more Ecclesie Romane signatas, omnibus
et singulis tam Ecclesiasticis quam secularibus personis in diocesi nostra
Cracoviensi consistentibus, quatenus nobis et nulli alteri in omnibus
licitis et honestis velut iusto, unico, legitimo et indubitato
+ Cracoviensis sedis pontifici obediant, pareant et intendant.
Ac nobis omnium castrorum, fortaliciorum, municionum, civitatum,
opidorum, villarum, decimarum et quorumcumque fructuum, redditium
et introituum Cracoviensis Episcopatus plenam, realem, corporalem et
effectualem tradant et assignent possessionem, quemadmodum in apostolicis
litteris desuper confectis plenius poterit contineri, quarum copias
ad rescindendum cuiuslibet ambiguitatis et captionis scrupulum
et ad solidacionem quorumlibet hesitacionum presentibus inseri mandavimus.
Et quarum tenor de verbo ad verbum successive et primo quidem
promissionis nostre sequitur et est talis. Pius Episcopus etc.
Item sequitur tenor alterius bulle Capitulo nostro Cracoviensi titulate.
Pius etc. Cum itaque ad singulos Christifideles in nostra diocesi
constitutos summopere pertineat, quatenus prefati summi domini nostri Pii
pape secundi velut pontifici etiam tamquam Christi indubitati et unici
vicarii, parendo provisioni, ordinacioni et mandato, nos Episcopum
Cracoviensem prosequantur et recognoscant, et nobis in singulis que
pontificalem iurisdiccionem concernunt pura voluntate et devocione
tamquam oves pastori pareant et auscultent. Eam tamen parcionem
et auscultacionem a viris Ecclesiasticis singularius tamen a prefato venerabili
Capitulo nostro, omnibus suppositis eius, prelatis et clericis Cracoviensis
convenit primum et principaliter inchoari. Quocirca vobis
omnibus et singulis suppositis tam clericis quam laicis nostre diocesis
quibus prefatus sanctissimus dominus noster per suas litteras superius insertas mandat

nob' pare et obedie, singli sim. et vniu' omnibz in v. po.
et s. e. p. m. qtus cennt et decelo nob et ulli alij in oibz
licite et honeste tam indubitato vero qz epo Cracovien.
obediant et intendat realit et cum effectu Nob qz pastore
et potifice Cracovienem pstream' et recognoscat. Vob qz
ecciarii ciuitate et diocez me sub eisd penis hne mrij
pcessu requisitam qz et monitam nrab hmoi oibz ptez
vtlissz fidelibz pstim tu vos Rector de Ecclia et Buczeny
in ciuitate Cracovien. et subvrbanis eiz in ambonibz
ecclias vra infra smonj aut diuina officia dictiz diuus
et festiuis intelligibili voce, ita q nullus eor aliq igracia
ptendat, aut exusacom heat de pmissis annuete insimul
etiis publicetis intimetis et notificetis pplis vrs de obe-
diendo et parendo nob' iupta haz qtinetias hare requires.
Aliogquin si secq qt pmissa aut pmissore aliqd fecite
aut fecerint aut aliquis vrm vl eore fecerit et pntibz
nris iustis et lgitimis madatis qtrauenite aut qtraueneit
aliqs qz vrm vl eore qtvenerit Nob exnnc vos et quemlz
vrm ipos qz et eorquemlz x noie inuocato eximiz in
hijs scriptis vos omnes et ipos tlz hmoi nro pcessu et peiis
stringeres artates qz ac si slt vrm et ipos de nomine pso
esset requisitus et monitus. De execucom vero pntu et die
execucionis et quicqd in pmissis fc vos facij et dispositi fuit
nob aut fr subscripcom manu vra aut pubcu instrum
certificare. In cuiq rei testioim pntes nras requisiti
monicois et madati lras fubi et p Notariu nrm pubcu
et stu hmoi cora nob scibam subscribi et publicari mi
qz appensiom sigilli iussit hmoj Actu et datu in P.
XXI mes aplis Anno dni I. X. 6. I. Indicion Nona Potificat
Smi in xpo prus et dni nri dni Pij diuina puidencia ppe scdi
Anno tercio. Pntibz Venli et Religioso Strenuis Honlibz
et Nobilibz viris dnis A. de B. C. de S. Armigeris
Buczen et Cracovien dioc. testibus ad pmissa.

Et ego · B · etc publicus auctoritate Imperiali notarius Et feci huiusmodi
coram Reverendissimo in xpo patre · domino Iacobo de Sienno deigratia Electo
et confirmato Ecclesie Cracoviensis Scriba Omnia predicte
literarum monicionis · requisicionis · et mandati · decreto aliisque
etc una cum appensione Sigilli prelibati domini Ia · Ele · et
Con · Cra · Ac de eius mandato speciali consignavi In fidem premissorum /

Processus pro payendis processionibus tempore belli
cum Indulgenciarum concessione ·

B Thomas deigratia Episcopus Crac · Venerabilibus · honorabilibus et discretis
viris dominis Abbatibus prepositis · Archidiaconis · Scolasticis Cantoribus
Custodibus · Canonicis Guardianis prioribus presbiteris Altaristis
vicariis Mansionariis necnon Ecclesiarum parochialium Rectoribus Ac universis
et singulis Clericis etiam regularibus · exemptis et non exemptis
secularibus presbiteris in sacris ordinibus · beneficiatis et non beneficiatis ·
/ per et infra Civitatem et diocesim nostram Cracoviensem · presentibus
et in Archivio Cracoviensi ubilibet constitutis · salutem in domino sempiternam
Et si superioribus annis regnum hoc inclitum polonie divina propi-
ciacione · pulcra pace fruebatur et negocia publica in quieto
pacifico que statu consistebant · Non tulit tamen hoc hostis huma-
ni generis · qui semper dulcedini pacis invidet seque obstinate · insidiarum non
cessat · odiosam quem habeat / quo fit ut eo procurante regnum hoc
inclitum polonie plurimis vexacionum turbinibus · quatitur · ut etiam
membra corporis xpi · Innocentes que paciantur / ad tantam que inopiam
decurrunt · ut eorum egestate Civitates opida et ville bona
que Ecclesie penitus desertantur · Clamor que oppressorum ascendit in
celum propter que deus ultor scelerum / in nos suum vibrat gla-
dium ultorem · qui nisi placatus instare oracionibus fuit · verendum
est ne in nos ira sua longius extendat / que nobis fortassis
non erit sustinibilis ad ferendum / Deliberacione igitur et tractatu speciali
cum venerabilibus fratribus nostris prelatis et canonicis Ecclesie nostre Cracoviensis
habito / visum est nobis summe necessarium esse / ut ad placandum
indignacionem summi dei · nostris facinoribus contra nos excitatam
et provocatam · nostras humiliacionesque animas in corde contrito · altissimo

suspirijs et devotis oracionibus sua interpellatam clemenciam, ut
gladium furoris sui quem contra nos extensum cohibeat, felicemque statum
serenissimo principi etc. et regno huic confirmacionemque negociorum reipublice
utilem votivosque successus et victoriam ipsi domino Regi et suo
exercitui ex alto concedat, ut tandem ex hijs amaris et turbulentis
bellorum tempestatibus audiri possit aliquando in regno nostro dulcissime
pacis nomen. Quocirca vobis in virtute s. o. et s. e. p. districte pre-
cipiendo mandamus, Religiosos vero exemptos hortamur et
requirimus in domino, quatenus ferijs secundis quarta et sexta decantata
prius aut lecta missa pro pace processiones cum sanctorum reliquijs
faciatis et faciant, nullatenus salvis impedimentis legitimis omittatis.
Vos vero de Civitatibus Cracoviensi et Kazimiriensi ipsarumque
suburbijs ferijs secundis ad sanctum Florianum, ferijs quartis ad beatam
virginem in Circulo Cracoviensi, ferijs vero sextis ad sanctam
Crucem in hospitali cum processionibus huiusmodi, ubi id fieri poterit,
visitetis. Alias in ecclesijs vestris processiones ipsas suo ordine
faciatis a tempore quo vobis presens mandatum nostrum innotuerit,
usque ad tempus quo Ecclesia nostra Cracoviensis id servaverit continu-
ando. In quibus processionibus talem ordinem per vos observari vo-
lumus: et primo cantetur Exurge, deinde antiphona Protege domine,
qua finita introitum Congregati sunt inimici nostri, deinde
antiphona Da pacem, et suffragium de beata virgine et de patrono
per antiphonam competentem et collectam, consequenter legatur letania cum
media vita et ceremonijs solitis. Et hijs versiculis
Peccavimus domine cum patribus nostris. Domine non secundum peccata nostra.
Domine ne memineris. Adiuva nos deus. Eripe me domine
ab homine malo. Eripe me de inimicis meis deus meus. Eripe
me de operantibus iniquitatem. Domine salvum fac regem nostrum.
Fiat pax. Esto nobis domine turris fortitudinis. Deinde psalmum
feria secunda Iudica domine nocentes, feria quarta Exurgat deus,
feria sexta Deus ulcionum, cum versiculis Exurge etc. Adiuva
nos domine deus. Deus virtutum converte nos. Domine exaudi oracionem meam.
Collecte de sancta Cruce, de beata virgine, Item de patrono, Item
pro peccatis, Item pro Rege, Item contra paganos et pro pace. In quibus

omnibus graciis viris oneramur, ut autem nostre orationes benignius a domino deo valeant exaudiri, vos nichilominus et predicatores de premissis omnibus in sermonibus vestris, facta aliquali narracione populo vulgariter adhortari curetis et invitetis ecclesie nostre ut processionibus et premissis huiusmodi studeant interesse, ac omnipotentem deum pro pace tranquillitate et pacifico Regni statu pro domini nostri Regis et sui exercitus felicibus successibus et aliis premissis devote et attente nobiscum exorantium. Nos enim omnibus et singulis Christifidelibus qui premissis processionibus et processionibus interfuerint et oraverint contritis et confessis pro qualibet vice seu die quadraginta dies indulgenciarum de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi misericorditer et de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer relaxamus. Volumus autem et sub penis supradictis et specialiter trium marcarum pena irremissibiliter persolvenda mandamus omnibus et singulis plebanis seu Rectoribus prefatis Ecclesiae nostre diocesis nostre, ut huiusmodi nostrum processum quanto ad aliquem ipsorum pervenerit prius per visum et lectum et copia ipsius vel saltem finali ipsius effectus apud se retenta unus ad alterum, ultimus vero ad nos aut vicarium nostrum in spiritualibus deportari procuret sine mora. Si qui autem ipsum apud se retinere aut suffocare presumpserint sive eius effectum copia habere non curaverint ac in visitacionibus per nos archinos et visitatores in premissis negligentes fuerint inventi et remissi aut pro copia eiusdem processus in toto vel in parte registri ipsorum non habuerint, pena trium marcarum predictarum nobis solvendarum ipso facto sint astricti et obligati. Datum in ... feria tercia Rogacionum Anno domini 1476. Nostro sub sigillo.

alius processus ad idem contra cessan a processionibus

Thomas etc. Venerabilibus honorabilibus et discretis etc. per et infra Archidiaconatum Cracoviensem ubilibet constitutis, publicis rectoribus salutem in domino sempiternam. Etenim non ignoremus vobis omnibus et unicuique patuisse quod pridem pro pacifico et felici huius

Incliti Regni Polonie statu et successibus eorum prosperis ac
negociorum reipublice consumacioni utili, processiones per clerum nostre
dioc[esis] Cracoviensis tempestate bellorum contra hostes in prussia du-
rante fiendas et continuandas instituimus. Quia tamen nostris
insonuit auribus ab huiusmodi processionum continuacione in plerisque
ecclesiis cessatum extitit. Nos ut deus omnipotens cui ora-
-tiones fideliū que esse comprobavit inter hanc tempestatem procellas
Regni huius Incliti Polonie sua propiciacione in dulcedine
pacis in quieto pacifico que statu consumare nostris diebus
ac ipsi serenissimo domino nostro Regi victoriosum de hostibus triumphum
concedere dignetur, processiones huiusmodi singulis feriis sextis
quartis et sexte in ecclesia nostra Cracoviensi continuandas decrevimus
et statuimus. Quocirca vobis superdictis in v. s. o. et s. e. p. man-
damus quatenus requisiti presentibus in ecclesiis vestris processiones diebus
prescriptis iuxta modum et ordinem per nos prius per processus
vobis traditos impedimento legitimo cessante continuetis et
continuari nullatenus omittatis usque ad tempus quo ecclesia
nostra Cracoviensis id observaverit. Mandamus insuper vobis
maxime et prestim predicatoribus ut de premissis in sermonibus
vestris aliquali narracione facta ad populum vulgariter adhor-
tari curetis et inducatis ex parte nostra ut huiusmodi processi-
onibus studeant interesse deum omnipotentem pro pace et tran-
quillitate pro pacifico statu Regni pro domini nostri Regis
felicibus successibus et aliis premissis devote et attente exora-
turi. Nos enim vos volumus insuper et sub penis excommuni-
cationis mandamus ut hunc nostrum processum unus ad alium sibi
viciniorem deferri sine mora procuret, quibus in eo visis
et perlectis copia que vel saltem finali effectu ipsius apud se
retenta et hunc voluntatem vos eiusdem nobis aut Vicario
nostro in spiritualibus remittatis. Datum in S B die Martis xviii
mensis Julij Anno domini millesimo quadringentesimo
quinquagesimo octavo Nostro sub sigillo

Alius ad idem

Johannes etc. universis et singulis Reverendis etc. honorabilibus et discretis viris dominis prepositis decanis prioribus Guardianis tam Collegiatarum quam Conventualium exempte et non exempte necnon prochialium Ecclesiarum Rectoribus et eorum Vicesgerentibus ceteris quoque presbiteris et clericis curatis et non curatis per et infra Civitatem et diocesim nostram Cracoviensem ubilibet constitutis presentibus requirendis Salutem in domino. Vobis in virtute sancte obediencie et sub pena maioris, Vos vero Religiosos exemptos hortamur et requirimus in domino, quatenus processiones et missas iamdudum per prefatum Reverendum etc. institutas et vobis publicatas feria quarta sexta et sextis pro pace et tranquillitate Christianorum ac protectione eorum ab impressione Turcorum impetu et incursu, ac felici successu domini etc. et aliis virtutis operibus orationibus ac collectis competentibus iuxta processus prioris tenore in Ecclesiis vestris faciatis resumatis et continuetis et quilibet vestrum faciat resumet et continuet Exhortando in predicationibus populum vestrum, ut unanobiscum pro huiusmodi pace et tranquillitate Christianorum ac protectione et defensione eorum ab impressione Turco Emulis Christi nominis, felici quoque statu et prosperitate prefati domini nostri Regis et populi sui devotis orationibus et iuxta posse ieiuniis et vigiliis intendat, et eisdem processionibus intersint domini deum attente et devote exorantes Vos hec autem etc. tradentes premissa exequi donec a prefato Reverendo etc. aut a nobis etc. Datum Cracovie ut supra Die xix mensis Augusti Anno etc. lxxx° nostro sub sigillo.

Mandatum pro suscipiendo funere Episcopi

Capitulum Ecclesie Cracoviensis honorabilibus Religiosis et discretis viris dominis prelatis et ceteris tam Regularibus quam Secularibus ceteris quoque Religiosis subditis exempte et non exempte tam Conventualium quam Collegiatarum Necnon Rectoribus eorum quoque vicariis Altaristis ac aliis presbiteris beneficiatis ceteris quoque tam nostre Cathedralis quam etiam prochialium Ecclesiarum intra et extra muros Cracovie et in Kazimiria consistentibus presentibus requirendis Salutem in domino. Vos dominos Religiosos exemptos

requiq et hortam in duo. vob. vos dnis no recepte site
o in v et s e p m qtus eras in pncto hore xxme adeiq
steti sff. et cum vos erat processionali supplicati gvei
atis/ fimq olim dnie meorie Remi rc susceptu. illud
qz ad eccliam nram kathedrale pdictam vsqz et sepultua
pducturi. In smonibus nichilomus qz hodie faciete et
diebus aliis ppplm ut p aia sua oret exhortamis. die
vero crastina hora prime affutura modo sili ad eccliam kathedrale
mane convenire pro decantatione misse et exequiarum. recepte
fecit pfati francisci. bte vgis in oculo site cunct. omnium
ptorum et kathedralis eccliae. successore cum fferetus
inhonorifice. cum omni q decet mansuetudine et lugubritate
put caterna tanti viri postulat et requirit. Datum erat
ut speciallia septembre anno dni rc Nro sub sig.

De festis mobilibus ducem in festa inmobilia Infra Epi seu ordinatio

Thomas rc Venerabilibus honorabilibus et discret viris dnis capitulo
nre eccliae Cracovien. Necno abbatibus pptis decanis. cetis
qz plate et canonicis eccliarum conventualium et collegiatarum
Regularium et secularium. rectoribus eccliarum. Rectoribus et eorum loca
tenentibus cetisqz beneficiatis curatis et no curatis. ac aliis cliricis
in sacris ordinibus pet infra dioc nram ubilibet constitutis
Salutem in duo. Cum omnia nre deum pphetam deo Regi oibus
tre. ppallenda est sapient. Considerantes igitur oculos ad cultum
divinum in eccliam dei debite peragendum. comperimus quedam festa
sanctorum debere in primo cadere in solemnitatibus festorum
precipuorum. pasche vizt pentecostes et Corporis xpi. Cumque qua no
pnt cum suis officiis simul cum pfatis festivitatibus solemnibus
debite pagi. nisi in alios dies p tempore celebrate facienda
disposita fuerint. Capitulo nostro communicato consilio capituli nri dicte
eccliae cracovien. in quibus festorum celebrate in dioc nra
hoc anno occurrenti. hunc ordinem observare ut creatori nro
laudes sibi debitas congruentius persolvant. In primis sancti festum rc

vob igit supradictis omibg et cuilibet vrm districte precipiendo mand
qtus in celebracion huiusmodi festiuitatum quantum ad diuina officia
in ecclesiis dioc nre et horis canonicis peragenda pfatum ordinem
obseruare curetis. Volum aut etc Datum Cracouie XXI
ctum ad nonnullos actus iudiciarios gradatim et successiue
in huiusmodi causa et vsque ad calculum nostre sentencie diffinitiue
inclusiue prefato domino discreto Stanislao plebano
de Clo ad quemuis actum iudicialem processuri alioquin
ipsius Stan plebani de Clarze contumacia non obstante

acta que [illegible] et tenemus fuit p parte dicti dni dan[illegible] dom
pcedemus Et nichilominus ne lite pdicta pendente hmoi con
nobis aliquid innouare ul innouari potuit vobis domino
ni plebo i tho i hac causa ex adverso pncipali ac ve
nerabili domino dnico de [illegible] de [illegible] in ss [illegible]
off gnali [illegible] filie [illegible] aliis que omnibus et sin
gulis quorum interest ul interesse potuit quibuscumque in futurum te
nore pntium districtius inhibendum et inhibemus p pntes
ne quicquam in hmoi causa lite pendente contra nobis inde
[illegible] p vos ul p alium seu alios publice vel occulte
directe ul indirecte aut quouis quesito colore in contem
ptum litispendencie ac iurisdiccionis nre dictique dni ple
bani de [illegible] p iudicium non modicum et gravamen ali
quod attemptare psumpserit. Si vero ipse vel [illegible] in contrari
um aliquid attemptare psumat quiuis [illegible] aliquid
hmoi attempta seu innouata cessare et anullare et
ad statum pristinum reducere curabimus iusticia mediante. Que
omnia et singula vobis et singulis intimamus in
sinuamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum
noticiam deducimus et deduci volumus p pntes vobis
aut [illegible] dnis a [illegible] [illegible] [illegible] filias
metropolitan [illegible] et qui pntes fuit requisiti
[illegible] qua sup [illegible] et mandatis contra facta ex con
[illegible] litterarum postquam ad vestri pncipalem noticiam p
venerit inhibeatis [illegible] inhibicionis litteras ipsis inti
metis et cuilibet ipsorum insinuetis ne aliquis ul ali
qui quispiam de pmissis ignorantiam valeat et valeat
ptendere aliquis [illegible] de die [illegible] [illegible] pntium
Et quicquid in pmissis feceritis p patentes [illegible]
et inhibicionis litteras ut [illegible] publicam harum serie
sine designacione in se continentes remissis pntibus nobis
[illegible] [illegible] In quorum omnium fidem et testimonium
pmissorum pntes nras [illegible] et inhibicionis
litteras per [illegible] de [illegible] clericum [illegible] dioc pub
licum imperiali auctoritate notarium nrum et causarum coram nobis
scribam infrascriptum scribi mandauimus appensione sigilli nri
fecimus communiri. Acta et data [illegible] Anno [illegible] Indicion
sedis pontificatus [illegible] anno ipsorum [illegible]

In domo habitacionis mee hora tercia vel quasi presentibus ... 4 etc.

Constitucio procuratoris

Ad procuratorium

34

In nomine domini amen. Anno eiusdem ... anno a nativitate eiusdem ... m° etc.
indiccione ... pontificatus in Cristo patris et domini nostri domini
Eugenii divina providencia pape quarti anno ipsius octavo
die prima mensis Marcii hora tercia vel quasi in stuba ... ecclesie
... Cracoviensis mei notarii publici et testium infrascriptorum
ad hec vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus
personaliter honorabilis vir dominus ... 4 cancel-
larius et rector ecclesie ... omnibus meli-
oribus modo via iure causa et forma quibus melius et
efficacius potuit et debuit fecit constituit creavit et so-
lempniter ordinavit honorabilem virum dominum ... rectorem ecclesie ...
... absentem tamquam presentem suum verum certum et indu-
bitatum procuratorem actorem factorem et negociorum suorum
gestorem atque nuncium specialem et generalem ita tamen quod specia-
litas non derogat generalitati nec econtra videlicet in omnibus et
singulis causis motis et movendis et signanter in causa
quam sibi movit et movere intendit venerabilis vir dominus ...
prepositus Tremeszensis cum conventu suo super quadam decima post
laboraturas kmethonum in ... coram quocumque seu quibuscumque
iudice vel iudicibus dato vel dandis deputato vel de-
putandis dans et concedens dicto suo procuratori plenam
et specialem mandatum liberam et omnimodam potestatem agendi
defendendi libellum seu libellos ac quascumque peticiones su-
marias ~~peticiones~~ dandi offerendi ac oblatos recipiendi litem
seu lites contestandi et ex adverso contestari videndi iu-
ramentum de calumpnia vitanda et veritate dicenda et aliud quod-
cumque alterius sacramentum in animam ipsius constituentis prestandi
et parte aliam prestari videndi ponendi articulandi poni et ar-
ticulari videndi posicionibus et articulis partis adverse
respondendi et sibi responderi petendi testes instrumenta literas
privilegia seu alias quascumque probaciones inducendi et producendi
... testes eorum dicta ac producta ex adverso dicendi ex-
cipiendi duplicandi triplicandi et cum solempnitate iuris
quadruplicandi crimina defectus et excommunicaciones opponendi
obiciendi et allegandi beneficium absolucionis a quibuscumque
excommunicacionis sentenciis hominis sive iuris simpliciter vel ad ~~cautelam~~
cautelam

ac restitucionem in integrum implorandum petendum obtinendum copias quarumcumque literarum sub manu publica vel in publicam formam fieri petendum et recipiendum allegandum concludendum et concludi petendum sententiam vel sententias tam interlocutorias quam diffinitivas fieri petendum et audiendum et ab eis et a quolibet alio gravamine illato appellandum apostolos petendum et recipiendum appellationem seu appellationes prosequendum insinuandum notificandum et publicandum expensas dampna et interesse petendum taxandum et taxari videndum unumque vel plures procuratorem seu procuratores loco ipsius substituendum et eundem vel eosdem revocandum quando vel quotiens sibi visum fuerit expedire et generaliter alia omnia et singula faciendum gerendum et exercendum que in premissis et circa premissa necessaria fuerint et quomodolibet oportuna et que ipsemet dominus constituens facere aut facere posset si premissis omnibus et singulis personaliter interesset etiam si mandatum exigat magis speciale. Promisit quoque dictus dominus constituens michi notario publico infrascripto se ratum gratum atque firmum perpetue habiturum quicquid per dictum ipsius procuratorem vel ipsius substitutos seu substituendos actum factum fuerit procuratumve fuerit in premissis, volens quoque eos relevare ab omni onere satisdandi. Insuper promisit iudicio sisti et iudicatum solvi sub ypotheca rerum suarum mobilium et immobilium presentium et futurarum obligatione et ypotheca. Super quibus omnibus et singulis prefatus dominus constituens petiit sibi confici unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno indictione pontificatu die mense hora et loco quibus supra presentibus etc. etc. clerico Coloniensis diocesis testibus ad premissa

ibi etiam forent quae

Aliud procuratorium

35 In forma laciori

In nomine domini Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo etc. indictione prima pontificatu sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providencia pape quarti anno octavo die vero tercia mensis Decembris hora tercia vel quasi in cimiterio circa ecclesiam collegiatam sancti sita et in stuba mei notarii eiusdem curie diocesis Coloniensis in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia personaliter constitutus Honorabilis vir dominus Albertus Rector ecclesie parrochialis in Coloniensis diocesis Coloniensis predicte per se ipsum non per procuratorem suorum revocationem omnibus melioribus modo via stilo iure causa et forma quibus melius et efficacius potuit et debuit fecit constituit et solemniter ordinavit suum verum certum legitimum et indubitatum procuratorem actorem factorem negociorum

suorum gestorem et nuncium specialem et generalem Ita tamen quod generalitas
specialitati non deroget nec econtra. Contra quascumque personas cuiuscumque
status, dignitatis ... audiencie sacri palacii causarum, procuratorem, partem et
omnis procurationis huiusmodi in se sponte suscipientem, in omnibus
suis causis quas habet vel habiturus est cum quibuscumque personis
spiritualibus vel secularibus coram quibuscumque auditoribus,
iudicibus ordinariis et extraordinariis ecclesiasticis et secularibus
datis vel dandis, impetratis seu impetrandis, et eorum lo-
catenentibus, et signanter coram dominis officialibus sacri ... et super
quibuscumque iniuriis, questionibus, litibus, rixis et brigis
mota vel movendis. Constituit et ordinavit ... una et quascumque
alias personas tam clericos quam laicos notarios seu monendos
et eorum citacione partibus expresse necnon ad comparendum et agendum
pro ipso constituente tam in iudicio quam extra iudicium, exponendum
et eius nomine defendendum, libellum seu libellos et quascumque peticiones

summarias dandum et recipiendum, ... et recipi videndum, litem
seu lites contestandum et contestari videndum, de calumpnia vitanda
et veritate dicenda et quodcumque aliud iuramentum in animam dicti con-
stituentis prestandum et prestari videndum, ponendum et articulandum, ponigendum
et articulandum, videndum libellis, posicionibus et articulis partis adverse
respondendum, suis redditum petendum, testes, litteras, acta, iura, instrumenta

et munimenta et quecumque probaciones ... producendum et produci videndum
contra testes partis adverse et eorum dicta ac deposiciones et iura
sua dicendum et opponendum, declarandum et declarari videndum, contra et de-
fectus opponendum et obiciendum, exceptiones, duplicaciones, triplicaciones et quadru-
plicaciones, iudices seu iudicatos impetrandum et suspectos recusandum
et causas suspicionis allegandum, in causa et causis concludendum

et concludi videndum et petendum ac sentenciam sentencias ... seu se-
tencias audiendum interlocutoriam seu diffinitivam ... et ab eis et a quolibet alio gravamine illato vel
inferendo appellandum et provocandum, apostolos semel et pluries instanter
et instantius et instantissime petendum et recipiendum, appellaciones seu
appellaciones et eam causam et causas prosequendum ... absolucionem
simpliciter et ad cautelam ac restitucionem in integrum semel et plu-
ries petendum et obtinendum, unum vel plures procuratorem vel procuratores
loco sui substituendum et eum vel eos revocandum et onus procuratoris huiusmodi
in se reassumendum quando et quociens sibi videbitur expedire, et
generaliter omnia alia et singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum
et procurandum que veri et legittimi procuratores facere possunt ... et que
et adversa parte possit et ipsemet constituens faceret si premissis
vel aliquo premissorum personaliter interesset. Et volens
dictus constituens dictum procuratorem suum ac substitutum et substitutos
ab eo ab omni onere satisdandi relevare, promisit ... &

Copias quorumcumque litterarum sub manu publica seu privata petendum

et prefata ... dampnum et interesse petendum taxandum et taxari videndum

Eidem constituentes in procuratorem publicum in ista vel consimili persone
vices supplenti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum
quorum interest vel interesse poterit se ratum gratum atque firmum perpetuo
habituros totum et quicquid per dictum procuratorem suum ac substitutum vel
substitutos ab eo actum factum dictum gestum sive procuratum
fuerit in premissis vel aliquo premissorum ac iudicio sisti et
iudicatum solvi cum omnibus suis clausulis necessariis et oportunis
sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum presencium et futurorum
promiserunt et caucionem prestiterunt. Revocantes eciam constituentes
predicti aliquem procuratorem suum quem forsan in huiusmodi
causa in iudicio vel extra iudicium fecerunt constituerunt seu ordinaverunt
et promittentes predictum suum procuratorem necnon substitutum vel substitutos
ab ipso aliquo revocare nisi de revocacione huiusmodi plenarie
et expresse hinc inde constaret. Super quibus omnibus
et singulis predictus dominus N. constitutus petivit sibi fieri
unum vel plura publicum vel publica instrumentum seu instrumenta.
Acta sunt hec Anno domini etc. Mense die hora et lo-
co quibus supra presentibus honorabili et discreto viro domino N. de N.

Et N. Johannis de N. clerici eiusdem diocesis publici imperiali
auctoritate notarii Et ego honorabili viro domino N. de N. rectore
ecclesie parochialis N. [illegible] et [illegible] diocesis causarum
audiende [illegible] et constitucioni predicte [illegible] scriba
Quia predicte procuratoris constitucioni [illegible] presens
fui una cum prenominatis testibus presens
interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi
Ideo presens publicum instrumentum exinde confeci publicavi et in
hanc formam redegi signoque et nomine meis solitis et con-
suetis apud acta consignando rogatus et requisitus in fidem
et testimonium omnium et singulorum premissorum

36 Dimissoria seu Dimissorialis littera

N. miseracione divina etc. Dilecto filio N. Thome de N.
[illegible] domino peticionibus tuis nobis humiliter oblatis
benigniter inclinati tibi a quocumque Reverendo in Christo patre
domino archiepiscopo seu episcopo N. Tenens et graciam sedis
apostolice obtinenti omnes maiores et minores sacros seu sacerdotales
ordines quos aliquando eorum statutis ad hoc a iure temporibus

Sup quibus hiis dumtaxat requirem[us] suscepi et d suscepte tons
quoris deneriam et salutis tue consciencie consultum insistat
necnon beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura dud
alis canonice tibi conferri valeas acceptare Nos causam cat
premissa repiat volentes tibi tenore presentium plena et directa
concedimus facultatem dummodo certi beneficii provisionis
aut sufficientis patrimonii vestrate titulum obtine Nos etiam
te d hac parte a nra obediencia absolvimus et i ordinibus
susceptis i partibus alienis quamdiu moram feceris licitas
concedentes quum sit humana fragilitas de te laudabile te
stimonium perhibemus harum quibus sigillum nrm est appensum
testimonio litterarum Datum

Forma provisionis

37 Reverendo in christo patri et domino domino Ciriaco deigratia sancte Sum
celle archiepiscopo et primati suo domino graciosissimo vel ipsius suf
fraganeo Henricus predictus Johannes capitulo eiusdem gracia statuimus sancti
canonici etc R. p. capellanus et orator devotus desiderans
ad promptitudinem famulandi Reverendissime patri et domine gratiose
cuius et vestri Joh etc et presentium exhibitorem clericum diocesis
R. p. in minoribus constitutum secundum presentem illiteratus se mot
i corporali i parte famulari cupientem secretarium ad sacrosancte
ordines maiores diuina gra sibi ad id suffragante et vestri
voluntate intendit Anottatur ergo vestri R. p. dictum presbiterum clericum i
mihi vita conditione et litteratura pro me recommendatum ad
omnes sacrosanctos ordines maiores promovendum dum presentibus
presentandum et presentem supplicans obnixe vestri R. p. et ad ipsos
omnes nominatum et ad omnes sacrosanctos ordines ma
iores et me retributionis intuitu ad meam premisse deignetur
promovere Cuius post eum promocionem ad beneficium
fuit vel officii competentem assecuturum dicitur necesse iure
mea posse providere et ad beneficium vestrum ac iure
patronatus ad me pertinens promittit presentare premium
ab altissimo domino recepturum sempiternum Datum

Institucio seu investitura ad altare post mortem

38 Henricus deigracia etc Discrete Domino et presbitero etc

quitet Salm(an)i d(e) domus septem Zuiagracam altari
omnium sanctorum in ecclesia sancti p(er) mortem hon(orabilis) d(omi)ni ec-
clesiam cuius definicio dicti altaris collacio et dimeti pos-
sessionis cuius collacio et p(rese)ntacio et quevis alia dispo-
sicio ad nos dinoscitur p(er)tinere circumspecto v(iro) ... de ...
... de eadem p(er) nos ... p(er) manus n(ost)re capiti suo
imposito in ... instituimus de eadem cura ... a-
nexa ac administracione spiritualium et temporalium sibi dicti al-
taris committendo quocirca mandamus vobis in virtute sancte
obediencie et sub excommunicacionis pena ... ad p(re)-
dictum altare p(er)sonaliter descendentes ipsum in et ad possessionem
dicti altaris inducatis et intronizetis ipsumque p(er)sonaliter cor-
poraliter et realiter faciendo sibi de omnibus et singulis fruc-
tibus redditibus iuribus et obvencionibus dicti altaris com-
muniter p(er) vos eos ad quos p(er)tinet integre et ex toto
respondere. In cuius rei testimonium presentes nostras litteras in-
stitucionis litteras scribi et publicari mandavimus nostri
sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum in
curia n(ost)ra archiep(iscopa)li anno d(omi)ni etc. ...

39 Investitura ad ecclesiam p(er) mortem

... dilecto discreto ... rectori ecclesie ... salutem in
domino. Quia ad ecclesiam ... vacantem p(er) mortem
... et dimeti rectoris eiusdem ad p(rese)ntacionem nobilium
... ... et heredum ibidem ... discretum ...
... nobis p(re)sentatum et p(er) manus n(ost)re ca-
piti suo imposito investimus et investitum ... curam
commendamus ... p(re)missis ... vobis
in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena mandamus
quatenus ad dictam ecclesiam ... p(er)sonaliter accedentes
... ad possessionem eiusdem ecclesie inducatis et intro-
nizetis ipsumque p(er)sonaliter et corporaliter actu-
aliter et realiter faciendo sibi de omnibus et singulis
fructibus redditibus p(ro)ventibus et obvencionibus ...
decimis ac censibus ... nomine titulo ve-
tabulo censeant ... redditualiter et censualiter
ecclesie ... respondere ... patroni ecclesie

andere sibi et non aliud tamquam eorum rectori plebano et pa-
stori in omnibus licitis et honestis obediat et intendat vos
quorum mediante ... in dicta ecclesia curam spiritualium adminis-
trationem temporalium ac regimine animarum committimus per presentes. Datum

Crida cum commenda
per mortem alicuius

40 N. dei gratia etc. licet vacante ecclesia parochiali in N. per mortem
N. olim et ultimi ipsius rectoris discretum N. ad eandem
ecclesiam in N. per nobilem N. heredem ibidem in N. nobis
presentatum instituere distulimus per hanc vice [illegible] alia [illegible] suo
iure non preiudicare quoddam. Tamen ne predicta ecclesia
in N. in temporalibus pessimdetur et spiritualium ac alia onera
eidem annexa ac incumbentia negligantur ecclesiam
in N. discreto N. vicario ibidem in N. ad presentationem nobilis
viri domini N. de N. ad quem ius [illegible] et [illegible] dicte
ecclesie dinoscitur [illegible] commendandam et co-
mendamus et per presentes [illegible] in virtute sancte obediencie et
sub pena excommunicationis committimus et mandamus quatenus ad dictam ecclesiam
in N. personaliter descendatis et huiusmodi commendam publice dicte
ecclesie intimetis et publicetis citetis uno edicto pro omnibus
et peremptorie omnes alios si qui sint predicte ecclesie inter-
esse qui sua putaverint interesse preter presentatum supradictum
quos et nos citamus per presentes ut coram nobis N. die
tali compareant ad dicendum causas racionabiles si quas habu-
erint quare et quare [illegible] ad dictam ecclesiam in N. non debeat
per nos institui alioquin ad instituendum predictum procedemus
quod iustum fuerit [illegible] contumacia aliqua non obstante.

Solemne procuratorium ad acceptandum
beneficium cum cura vel sine cura

41 Constitutus personaliter discretus N. de N. clericus [illegible]
diocesis omnibus melioribus modo iure causa et ordine
quibus melius potuit et efficacius debuit fecit constituit
et solemniter ordinavit suos veros et legitimos procuratores
actores factores negotiorumque suorum gestores et nuncios specia-
les discretos et nobiles viros dominos N. [illegible]

et [illegible] herede de [illegible] Gnez duo absencia predictis dans
et concedens dictis suis procuratoribus plenum mandatum liberam et
omnimodam potestatem ad prosequendum graciam de beneficio ecclesiastico cum
cura vel sine cura cuius fructus redditus et proventus si cum cura
viginti quatuor Si vero sine cura sedecim et octo marcharum
argenti secundum taxacionem decime valorem
non excedunt ad collacionem provisionem presentacionem seu quamvis
aliam disposicionem reverendorum in Christo patrum dominorum et dominorum
dei gracia archiepiscopi Gnez et episcopi Wladislaviensis ac eciam [illegible]
communiter divisim preposituri decani archidiaconi scolastici et cantoris
ac capitulorum singulorum quoque canonicorum et personarum Gnez
et Wladislaviensis ecclesiarum communiter et divisim pertinente dictum me
Cantorem et [illegible] ecclesie kath[illegible] non existentem Et quod va
cat et vacabit per sanctissimum in Christo patrem Papam
[illegible] moderatum eius domino constitucionem in forma facere
necnon ad acceptandum beneficium huiusmodi collatum si et in
[illegible] sibi de [illegible] debetur aliis predicta gracia sua [illegible]
vel ad acceptandum sibi aliud beneficium in suo robore permanente
si quod vacat vel vacavit ac presentetur in ecclesiis predictis
ac petendum sibi [illegible] cuiusdam [illegible] premissa de beneficio
huiusmodi possessionem corporalem et realem et actualem sibi assigna
beneficium huiusmodi accepti et acceptandi premissa recipiendi
[illegible] gubernandi fructus redditus et proventus [illegible]
percipiendi levandi et percipiendi de receptis quitandi et pactum
de solvendo non petendo faciendi de beneficio huiusmodi se mitte
stri ac stallum in choro cum plenitudine iuris et plenitudine
et beneficium sibi assignari petendi iuramentum de observandis
statutis ipsarum ecclesiarum et quodlibet aliud licitum prestandi
tria premissa necessaria in causam ipsius constitutionis [illegible]
gracie litterarum et processum de Roma [illegible] et generaliter
omnium et singulorum scripturarum et publicarum seu privatarum petendi
et recipiendi appellacionem et appellandi huiusmodi prosequendi per se
si opus fuerit adherere petendi ac [illegible] adherendi
et adherere volentibus ac prestandum consilium auxilium et
favorem comodum et cum submissione omni honore dicti domini
constituentis unum vel plures procuratores seu procuratorem lo
co tale substituendi substitutum seu substitutos revocandi ac

onus huiusmodi procuratoris in se reassumendi totiens quotiens
ipsis videbitur utilius expedire et generaliter omnia et
singula faciendi gerendi procurandi et exercendi que circa pre-
missa necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiam si
ipsemet constituens facere seu facere posset in premis-
sis personaliter constitutus etiam si mandatum exigerent magis
speciale. Insuper volens dictus dominus .I. prefatos suos
procuratores seu substituendos ab eis seu eorum quolibet
relevare ab omni onere satisdandi promisit que michi
notario infrascripto solemniter stipulanti ratum et gratum
omne quod actum fuerit seu gestum esse fuerit quodque futurum
omnia et singula que per dictos procuratores suos seu sub-
stitutos eorum acta facta ordinata et procurata
fuerint in premissis in iudicio vel extra iudicium rata
grata atque firma servare perpetue et numquam contravenire
verbo vel facto sub obligatione omnium bonorum suorum
mobilium et immobilium presentium et futurorum et ypoteca.

42 Constitutio procuratoris ad prosequendum causam /

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem .j.x.c.j. indictione nona, die vero
Saturni duodecima mensis Septembris pontificatus sanctissimi in Christo patris et
domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi anno tercio in mei notarii
publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum
presentia constitutus personaliter venerabilis ac circumspectus vir dominus .I. de B.
in decretis cum rigore examinis licenciatus scolasticus ecclesie ... principalis
principalis pro seipso citra tamen revocationem procuratorum suorum quorumcumque per ipsum hactenus
constitutorum revocationem ratificando premittens et approbando omnia et singula
acta dicta gesta facta seu in causa et causis ecclesie scolastrie
per providos viros magistrum .I. in Romana curia causarum et demum
de Sermo ipsum Starbinirziey procuratores suos quondam procurata omnibus
melioribus modo via iure causa et forma quibus melius et efficacius
potuit et debuit fecit constituit creavit et solempniter ordinavit
suos veros certos ac legittimos et indubitatos procuratores actores factores
negociorumque suorum gestores ac nuncios speciales et generales ita tamen
quod specialitas generalitati non deroget nec econtra Venerabiles viros
honorabiles et circumspectos dominos A. de B. C. de D. et magistrum .I. de
A. in Romana curia causarum procuratores absentes tamquam presentes et quemlibet
eorum in solidum ita tamen quod non sit melior condicio occupantis

nec deterior subsequentis, sed quod per unum inceptum fuit alter eorundem id prosequi valeat mediare et finire Ad prosequendum deducendum et pertractandum causam et causas que verti vertuntur seu verti et esse sperantur inter dictum dominum constituentem ex una et quendam Nicolaum de B ex adverso principalem Omnes quoque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes de et super scolastria Trac et eius occasione partibus ex altera Coram venerabili ac circumspecto viro domino J. sacri palacii apostolici auditore, quibusvis aliis quibuscunque auditoribus Judicibus seu Commissariis delegatis subdelegatis datis seu dandis deputatis seu deputandis Necnon ad comparendum et agendum in causa et causis huiusmodi pro dicto domino Constituente et eius nomine ipsumque dominum constituentem et eius iura defendendum libellum seu libellos et quascunque petitiones summarias dandum et recipiendum dari quoque et recipi videndum litem seu lites contestandum et contestari videndum de calumpnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis suis capitulis in et sub iuramento calumpnie contente iurandum et deliberandum iurari quoque et deliberari videndum ponendum et articulandum poni quoque et articulari videndum positionibus et articulis partis sue adverse respondendum responderi quoque petendum et obtinendum testes litteras scripturas instrumenta et quecunque alia probationum genera producendum et ex adverso producta videndum Contra personas testium eorum quoque dicta et depositiones necnon quecunque ex adverso producta et producenda dicendum et excipiendum replicandum duplicandum triplicandum et quadruplicandum Crimina et defectus opponendum et probandum Judices Notarios et loca eligendum ipsos quoque et ipsa suspectos et suspecta recusandum suspicionis quoque causam allegandum et probandum declarandum et declarari videndum Concludendum et renunciandum concludi et renunciari petendum Sententiam seu sententias tam interlocutorias quam diffinitivas et quascunque alias Juris provinciacionem fieri petendum et audiendum Ac ab ea seu eis et a quocunque alio gravamine illato vel inferendo provocandum et appellandum apostolos semel vel pluries petendum et recipiendum appellationem seu appellationes prosequendum intimandum insinuandum et notificandum Causam quoque appellationum causas prosequendum et ad finem debitum deducendum beneficium absolucionis simpliciter vel ad cautelam ac restitucionis in integrum principaliter vel incidentaliter et quecunque alia Juris beneficia impetrandum et optinendum et impetrate ex adverso contradicendum dampna et interesse ac expensas taxari videndum et optinendum et super ipsis si necesse fuerit iurandum Necnon

ad exequendum ac execucioni debite demandari faciendum Quoscunque pro-
cessus excommunicacionis aggravacionis et reaggravacionis decretos et ful-
minatos ac decernendos et fulminandos Unum quoque vel plures pro-
curatores seu procuratores loco eorum et cuiuslibet ipsorum substituendum Eum
quoque vel eos revocandum et omnes sive officium procuracionis huiusmodi in se
reassumendum totiens quotiens eis vel eorum alteri visum fuerit ex-
pedire presenti procuratorio in suo robore permansuro Et generaliter omnia et
singula faciendum dicendum gerendum exercendum et procurandum que in premissis
et circa ea necessaria fuerint seu eciam quomodolibet oportuna Et que ipsemet
dominus constituens faceret seu facere posset si premissis omnibus et singulis
presens et personaliter interesset Eciam si talia forent que mandatum exigant
magis speciale quam presentibus est expressum promittens nichilominus idem
dominus constituens michi Notario publico infrascripto tamquam publice et
autentice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et sin-
gulorum quorum interest intererit sive interesse poterit quomodolibet in futurum
se ratum gratum atque firmum perpetue habiturum totum id et quicquid per dictos
suos procuratores constitutos et eorum quemlibet ac ab eisdem seu eorum
altero substituendum seu substituendos actum dictum gestum factumve pro-
curatum vel fuerit in premissis seu aliquo premissorum Relevans nichilominus
et relevare volens idem dominus constituens dictos suos procuratores consti-
tutos ab eisdem seu altero eorum substituendum seu substitutos ac eorum
quemlibet ab omni onere satisdandi Iudicio sisti et iudicatum solvi
cum omnibus et singulis suis clausulis necessariis et oportunis Sub ypoteca
et obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium presencium et
futurorum Protestans nichilominus idem dominus constituens quod per quecumque
actum que ipsum in presenti causa in iudicio vel extra et in presentibus
facere contigerit non propterea suos procuratores constitutos seu substitutos
vel substituendos ab eisdem aut eorum aliquem revocare inten-
dit nisi de revocacione huiusmodi specialem et expressam fecerit mencionem
Super quibus omnibus et singulis idem dominus constituens sibi a
me Notario infrascripto unum vel plura publicum seu publica
fieri petiit instrumentum et instrumenta Acta fuerunt hec
Cracovie hora tercia in domo prefati domini Constituentis
Sub Anno Indiccione die et mense pontificatu quibus supra
presentibus ibidem Venerabilibus etc testibus circa premissa vocatis specialiter
et rogatis Et ego J. C. de S. B. etc

43 Lra expurgatoria faciens fidem qz N de utroqz
parente nobilis oriundus procedat

1° Serenissimis et Invictissimis principibus dnis Romanor Francie
Anglie Hispanie Aragonum Portugalie Dacie Navarre et
quorumcumqz alior Regnor Regibus, Marchionibus ducibus Comitibus
Langrawijs et signanter Illustrissimis dnis Comiti palatino Reni et
Bavarie et N Juliacen et Monten dei gra ducibus dnis nris hono
randis Magnificis qz strenuis Nobilibus famosis et prudentibus
militibus Capitaneis Regentibus Civitatum qz et Castrorum dnis et
Rectoribus Amicis nris benivole grate dilectis Sbigneus
dei gra Epus Crac Joh de Crziszow Cast et Capit Joh de Thanczin
pallat Cracovien Joh Sloway de Olesnicza pallat Przedbo
rius de Conijeczpole Castus Sandomirien Cziezslaus de Curo
swanky Castellus lublinen Bartolocus de Boy Cracovien et
Petrus de Weszmiczow Sandomirien Judices felicium successuum
uberrima incrementa Serenissi et Invictiss principes qz principes
dni nri honorandi Magnifici qz strenui Nobiles famosi et
prudentes viri amici nri dilecti Dum generosam et ingenuam
atqz inveteratam originem Nobilis domus et genealogie labancz
de Strzin que de Cignis generum appellacionem ex ipa rei et effectus
evidencia vocabulum sortita est limpidius intuemur dum virtutum
optimarum et insignium operum radios quibus complures viri ex
huiusmodi sepe in Regno Polonie ducentes originem claruerunt luculenter
pensamus dignum arbitramur et congruum ut Nobili viro Barwino
de Szmogorzow qui ex predicta domo et stirpe nobilem ducit ortum
de sua nobilitate et genere effectuum et sufficiens coram vris excel
lencijs et caritatibus testimonium perhibeamus et ne sinamus suum et
Natalium suorum fulgorem quem sui obtrectatores et invidi quibus
dam infamacionum et dehonestacionum nubilis deijcere et
gravijs maculare moliuntur quantum in nobis est obtenebrari
Prefatus enim Barwinus non ut hostium et invidorum suorum coram
vris excellencijs et caritatibus habuit assercio ex humili et
obscura sed ex Nobili et ingenua propagine clare domus et
genealogie Cignorum in Regno Polonie predicto natus est pa
rente qz utroqz illi deus optimus et natura elegit et dona
tum genere Nobilem sui virtutum et morum probitate splendidum
quos nos et vidimus et novimus ut eius nobilitas et ortus
generosus prefati Barwini clarior aput vras excellencias et
caritates habeatur quo constancioribus probacionibus et testimonijs
declaretur Pater dicti Barwini vir nobilis et miles

Strenuus Meczslaus de Bnogorzow Magnificque felicis memorie Serenissimi
principis et domini wladislai Regni polonie Regis Illustris ex Nobilibus
progenitoribus et ex domo Cygnorum descendens pro armis sue
Nobilitatis in clipeo rubro Cygnum seu olorem album deferebat
quemadmodum in figura presenti plenius est descriptum Cuius autem prefatus
Barwin filius sit legitimus dicti Meczslai de Bnogorzow et ex thoro
procreatus matrimonio tam ipse Meczslaus de Bnogorzow quam ipse
Barwin filius suus de nobili domo et genere Cygnorum ex eorum
progenitoribus orti existunt Nobiles et Strenui milites Johannes
Myssopad de Konijn et Andreas de Oborzona Heredes quos Regni
polonie et nostri pro Nobilibus domus Cygnorum et pro hominibus fame
et conversacionis integre tenemus corporale super lignum vivifice
Crucis prestiterunt Iuramentum testantes dictum Barwin ex eorum stirpe
et sanguine descendisse Mater vero prefati Meczslai de Bnogorzow
et Avia Barwin Margaretha de Konijn domina Nobilis et ex
nobilibus parentibus trahens originem pro armis sue Nobilitatis in
clipeo campum glaucum habente virginem corona gestientem et
tergo ursi nigri insidentem manibus extensis deferebat que
in vulgari suo polonico Rawa in latino vero de Ursinis ap-
pellatur quod clarius vestris excellenciis et caritatibus in presenti scul-
ptura demonstramus Nobiles autem et Strenui milites Johannes
de Ostrow et Bioth de Jastkow Nobilitate fame et conversacionis
clare prestito sibi corporali Iuramento predictam dominam Margaretham
suam sororem fuisse et de stirpe ac sanguine eorum processisse docu-
erunt Genitrix insuper prefati Barwin et genitoris dicti Meczslai
de Bnogorzow Beata alias Beatrix domina Nobilis utriusque
parentem nobilem habuit Pater eius Nobilis et Strenuus miles
Ambrosius de Wlosthowicze ex domo Ostie natus pro armis
sue Nobilitatis in clipeo habente campum flameum Ostia deferebat
quemadmodum vestre excellencie et caritates in sculptura hac po-
terunt plene informari De vita et nobilitate predicte domine
Beatricis Nobiles et validi milites Johannes Rey de Schrzynsko
et Nicolaus de Modrzeowicze ex domo de Ostia oriundi in no-
bilitate et fama sua nitidi per iuramentum corporale ostenderunt testi-
ficantes predictam dominam Beatricem filiam legitimam Nobilis militis
Ambrosii sororem eorum suam fuisse et tam de genealogia quam
de sanguine eorum propagatam esse Mater vero prefate domine
Beatricis et Avia dicti Barwin domina Johanna de Male-
sschow femina Nobilis ex natalibus generosis progenita pro
armis sue Nobilitatis in clipeo Griffonem album pedibus

primis in altum et posterioribus deorsum porrecte, alius quoque
in campo puniceo deferebat, ut in figura presenti inspicitur exem
plificata. Generositate vero et nobilium ortum prefate domine Johanne
validi et generosi milites Johannes et Marcus de Malesthow
heredes ex domo Gruffonum ducentes originem prestito iuramento
corporali comprobarunt, affirmantes prefatam dominam Johannam ex Nobili
eorum domo et sanguine descendisse. Huiusmodi itaque iuramentis per pre
fatos milites quatuor domorum et genealogiarum in pharcdin evide
tissima Nobilitate dicti Baronis in nostris manibus et sub nostro
aspectu in paralamento et conventione generali Regni Polonie
que in opido Wisliach Cracoviensis diocesis pro die sancti
Alexij quarta anno presenti terminus super legum victoriosissime
etiam nos presente et per nos iuxta observantiam et consuetudinem Regni
polonie recepte, prefatum Baronem Nobilem et post utrumque pa
rente ex nobili prosapia genitum declaravimus, decernimus et pronuncia
avimus, presentibus quoque decernimus, declaramus et pronunciamus. Cuius quoque
nobilitatem et ortum progenitorum quoque et suorum clara virtutum et
strenuitatis opera ex superhabundanti testantur. Quocirca excel
lentias et caritates vestras et signanter vos Illustrissimos princi
pes Bavarie et Montem duces maiori qua possumus atte
cione exoramus et petimus, quatenus prefatum Baronem nobilem et
generosum hominem plenum quoque ex eo descendente reputetis et re
putare ac tenere velitis, et ipsius natos quoque suos et posteritatem
ipsius in terris ad quas eum venire et declinare, aut in eis
morari contigerit pro Nobilibus et ingenuis habere et tractare
dignemini, et ad actus nobiles et militares admittere exhibentes
illi et proli ac posteritati sue benignam humanitatem et fa
vorem, efficiendo nichilominus ut ipsum livor hostilis et ob
trectantium que ab emulacione virtutum suarum et meritorum
consurgit non inficiet invidia, quatenus vestra principatum et favore
ab omnibus que contra eum tempore adversa fraudulenter extollentur,
conflantur et fabricantur, insidijs calumpnijs et iniurijs liberatus
et purgatus, possit sub vestro principatu et regimine felici
ater in terris et dominijs vestris tranquillum et securum agere incolatum
pro laude nominis divini et vestram licet atque dulcore incremento. In
cuius rei testimonium presentes nostras literas sigilli subappensione manda
vimus roborari. Datum Wislicie feria proxima post Alexij 1427.

Jus theotunicum

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ut acta hominum ab humane
successu temporis non labantur memoria magistra regum prudentia consuevit
ea apicibus et testium annotacione perhennare. Proinde nos Kazimirus
dei gratia Rex polonie necnon cracovie Sandomirie Syradie Lancicie Cuyavie Magnus
dux lithwanie Russie prussie necnon culmensis Elbingensis Conisbergensis
et pomeranie terrarum dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus
expedit universis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris
Quomodo pro parte venerabilium et honorabilium prelatorum et clericorum tociusque capituli ecclesie
kathedralis cracoviensis oblata maiestati nostre continebat peticio quatenus villas
et hereditates ipsorum videlicet A B C in cracoviensi et Sandomiriensi terris ac districtibus
easdem terrarum sitas de iure polonico in Jus theotunicum quod magdeburgense
dicitur transferre dignaremur. Nos vero quorum votis et peticionibus
iustis possibilibus et racionalibus benigne annuimus ipsas villas et hereditates
prout in suis metis limitibus et granicebus longe lateque circumferencialiter sunt
distincte et limitate de iure polonico in ius theotunicum quod magdeburgense dicitur
transferimus perpetue duraturum. Revocando ibidem omnia iura polonicalia ru-
thenica et quevis alia modos et consuetudines universas que ipsum ius theotunicum
plerumque perturbare consueverunt et solita sunt. Eximimus insuper absolvimus perpetue
et liberamus omnes et singulos predictarum villarum kmethones et incolas ab omni
iurisdiccione iudicio et potestate omnium regni nostri pallatinorum castellanorum tenutariorum
capitaneorum iudicum subiudicum et quorumvis officialium ac ministralium eorundem
ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis puta furti sangwinis
incendii homicidii vulnerum mutilacionis seu quibusvis aliis excessibus quibus
quibus unquam citati fuerint minime respondebunt nec aliquas penas solvere
tenebuntur. Sed ipsi kmethones et incole predictarum villarum coram suis prelatis
et capitulo seu heredibus ac sultetis eorundem tenentur et scultetus ipsorum
pro tempore existentibus. Scultetus vero quicunque moratorum villarum eorundem coram suis
prelatis et capitulo et sultetis ipsorum aut coram iudicio nostro generali du-
taxat per literam nostram sigillo nostro signatam citati fuerint et hec sit reddenda
iusticia negligentes fuerint et remissi. Tunc nos alias quam est ius theotunicum
de se conculatoribus inde sunt astricti. In causis vero criminalibus et
capitalibus supremis expressis advocato seu scolteto ipsorum prelatorum et capitulorum
pro tempore existenti tribuimus iuris metas limites et generaliter iudicandi pu-
niendi. Emandandi corrigendi diffiniendi plectendi atque condempnandi
plenam et omnimodam facultatem prout hoc ipsum ius theotunicum in omnibus
suis punctis clausulis articulis condicionibus omnimode capitulis postulat et re-
quirit. harum quibus etc. Actum in piotrcovie in conventu generali post festum sancte
hedwigis celebrata feria etc. Anno domini etc. presentibus Reverendis in christo patribus d. Joh
cracoviensis et R. p. capitulo Joh wlatislaviensis R. p. Vyzardo etc. et aliis consiliariis
fidedignis testibus ad premissa. datum per manus eiusdem Reverendi in christo
patris domini Joh episcopi cracoviensis et R p capituli sincere nobis dilecti.

ad Relacionem eiusdem Reverendi patris etc.

Privilegium Concordie subscripte super Decimis inter plebanum et Nobilem

In nomine domini Amen. Quia gesta humana processu temporis in ob
livionis obprobrium dilabuntur consuetum est hominum circumspectam dis
cretionem stili officio notitie posterorum commendari et presertim
Judicio aut concordia terminata ne in recidiue contentionis
scrupulum relabantur sed salua permaneat et illesa existat ad
perpetua igitur Rei geste memoriam Nos P. etc. vna cum venerabilibus
viris fratribus nostris Dominis Capitulo Ecclesie nostre Sigmificamus tenore presen
cium quibus expedit vniuersis tam presentibus quam futuris presenciam noti
ciam habituris. Quod constituti coram nobis persona circumspecti
et Rector etc. ab vna et Nobilis N. etc. ab altera partibus etc.
et super omnibus et singulis ac litibus causis displicenciis ran
coribus et discordiis quibuscumque occasione decime predialis in N.
exortis In nos tamquam arbitros arbitratores et amicabiles
compositores pari voto et vnanimi voluntate coram Notario
publico infrascripto de alto et basso sponte et libere compromise
runt et eciam ipsorum scienciam prouiderunt dantes et concedentes no
bis super predicta decime prediali in N. vniuersis que et litibus
occasione ipsius inter ipsas partes suscitatis arbitrandi compla
nandi et amicabiliter se componendi plenam et liberam facul
tatem Nos igitur huiusmodi compromisso in nos assumpto penas
sexaginta in medium N. per parte concordiam et arbitrium
nostrum non tenente parti arbitrium seu amicalem compositionem
nostram tenenti soluenda imposita qua ipse partes susceperunt
runt Viso diligenter et inspecto Instrumento publico desuper con
fecto Venerabilis viri domini N. officialis nostri Ecclesie per parte
Nobilis in N. et ipsius Rectoris etc. contra predictum
Rectorem super predicta decima prediali in N. late per predictum
Rectorem tunc prefate in nostri medium producto ex vi huiusmodi
compromissi presentem arbitralem diffinitiuam et amicalem compositionem
pronunciamus protulimus et declaramus et tenore presencium pronunciamus
proferimus decreuimus ac declaramus. Decimam campulare granorum
eiusdem de omnibus et singulis araturis predialibus in
N. prefati Nobilis N. et eius successorum ad prefatam

Ecclesiam in A et ad eius Rectorem hactenus pertinuisse et sper-
tasse Ac hodie et in antea singulis annis perpetuis tem-
poribus pertinere debere expensas huiusmodi hinc inde sequitur factas
et receptam eiusdem Decime obmitten. Ita tamen quod idem L
et sui successores in T heredes in C eandem Decimam Ma-
nipulare de omnibus et singulis suis anatinis [?] predialibus in
F ibidem Anno presenti incipiendo et inde sequentibus singulis
Annis dare et solvere Ecclesie in B et ipsius Rectoribus pro
tempore existentibus perpetuo teneat. Sic quod predictus L et ipsius
Successores tempore ipsius decimandi deveniente predicto plebano
in B et ipsius successoribus debebit intimare et ipse vel ipsius
Nuncio presentis Decimae respice [?] ... et sui successores eandem de-
cimam in domum suam propriam conducendi seu alias de ea
quomodolibet disponendi liberam habebit facultatem. Quam quidem
Sententiam nostram arbitralem et pronunciacionem amicabilem dicte partes
Ratam et gratam habentes in omnibus ipsius punctis clausulis
et sancellis emologarunt et approbarunt. Ut autem predicta
nostra arbitralis pronunciacio et amicabilis compositio robur
perpetue obtineat firmitatis eandem ad peticionem dicti
plebani in B scribi et per Notarium publicum in scriptum
publicum mandavimus nostrorumque sigillorum appensione iussimus
communiri. Actum et Datum in R in loco capitulari An-
no Indictione Die etc.
Prima predictis compromissi sententie intimacionem sive arbi-
tralis prolacionem eiusdemque a partibus hinc inde approbacionem
et emologacionem aliis quam omnibus etc.

46 **Privilegium sive Compromissi**

In nomine domini Amen. Ad rei geste memoriam sempiternam. Pa-
storalis officii ad exequendum debitum vigiliam vigilantibus
studiis intendentes circa statum Ecclesiarum presertim collegiatarum
nostre diocesis, et aciem exacte consideracionis extendimus
ut in ipsis devote solicitudinis studio cum tranquillitate
mencium et pacem amarum benedicat altissimus et divinus
cultus continuum suscipiat incrementum nostre benivolentie
vigilancie

Curas seruencius adhibem(us) licero ea que prop(ter) hoc com
pellim(us) lite facta et prestitim iudicio aut concordia
t(er)minata ne in recidiue contencionum scrupulum relabant(ur)
Sed ut illa(m) in libata persistant · libent(er) cum a nobis pe
tit(ur) n(ost)ri munimus p(re)sidio roboram(us) Proinde Nos Jo
ue arbit(ri) arbittor et amicabiles compositor(es) per et int(er) Ven
et hon(orabiles) viros dominos Jacobum prepositu(m) Jo. de Sz
Archid(iaconum) Math(iam) Krzyz Jo luthko et Gilbertum de G
Cantores ipsor(um) et alior(um) Cantor(um) Albertum Balka et
Petrum Belk Vicar(ios) et Altaristas sua et alior(um) Vicar(iorum)
Confratr(um) suor(um) Ecc(lesi)e Collegiate Sancte Marie ex
vna et Mgr(u)m Paulu(m) Prepositum Paulu(m) Predica
tore(m) Polonor(um) Ordinis Canonicor(um) Regularium Dom(us) s(an)cti
Augustini Ecc(lesi)e Parrochi(alis) s(an)cti Nicolai suo et alior(um)
dict(orum) su(or)um conuent(us) confr(atru)m et Johann(em) Gardianu(m) Ec
cl(es)ie Crac(oviensis) Ordinis fr(atru)m minorum de Regula sancti
francisci Ecc(lesi)e s(an)cti Stanislai suo totius sui Conuent(us)
Nomi(ne) de talib(us) ab alteris p(ar)tib(us) de et super omnibus
et singulis legittimis causis rancorib(us) dissensionib(us) displi
cenciis simultatib(us) disceptacionib(us) odiis controuersiis
et eor(um) amfractib(us) quibusc(um)q(ue) int(er) ipsos occasione predica
cionis et Missarum solempnis infestiuitatib(us) Beate Marie
virginis in ipsor(um) Ecc(lesi)is factis quomodolibet suscitatis et ex
ortis electus assumpti et concordialiter nominat(i) per
hoc p(rese)ns publicu(m) instrum(en)tu(m) n(ost)ram sententiam arbitralem in se
continens signum quib(us) expedit quibusc(um)que coram no
bis et in medio Ven(erabilium) fr(atru)m n(ost)ror(um) Prelator(um) Canonicor(um)
Capituli n(ost)ri Ecc(lesi)e tunc in Ecc(lesi)a Ecc(lesi)e prefate et
loco solito Capituli congregator(um) person(aliter) constituti inconti
Ven(erabiles) et hon(orabiles) vi(ri) Domi(ni) Jacobus Prepos(itus) Joh(annes) de N.
Archidiacon(us) Mathias Ecia Johannes luthko et Gilb(er)t(us)
de Goszczino Canti(ores) ipsorum et alior(um) Cantor(um) Albert(us)
Balka et Petr(us) Belkel Vicar(ii) et altarist(e) suo et
alior(um) Vicar(iorum) Confr(atru)m suor(um) Ecc(lesi)e Collegiat(e) s(an)cte
Marie ex vna ac Mgr Paul(us) Prepos(itus) Paul(us) p(re)dicator

Polonorum Ordinis Canonicorum Regularium domus sancti Augu-
stini ac tunc Parrochie sancti Nicolai suo et aliorum dicti sui
Conuentus Confratrum Nobis Swande et Stanislai Grad- Or-
dinis fratrum minorum de Regula sancti francisci ac tunc sancti
Sta suo et totius sui Conuentus Nominibus de talibus ab
altera partibus volentes parcere fatigiis sumptibus impensis
et expensis litium quam anfractus amputare Non coacti nec
Compulsi nec aliquo errore seducti sed de mera vnanimi
et spontanea eorum voluntate huiusmodi et assertis de et super
omnibus et singulis questionibus litibus causis dissensionibus
Odiis Rancoribus et displicenciis occasione predicationis et
Missarum solemniis predictis in festiuitatibus beate Marie vir-
ginis in ipsorum ecclesiis factis inter quas partes quodlibet susci-
tatis et exortis necnon de et super omnibus et singulis
exinde emergentibus dependentibus incidentibus et connexis in nos tamquam
arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem compromiserunt et
onus huiusmodi compromissi sponte suscipientes et recipientes de
alto et basso solemniter et in toto alias in forma meliori
qua debuerunt et potuerunt sub pena ducentorum florenorum
Vngaricalium auri puri boni et iusti ponderis per nos
vallatis promiserunt et procubuerunt Nos itaque W. etc.
Archiepiscopus et Primas prefatus ac arbiter arbitrator et ami-
cabilis compositor huiusmodi compromisso in nos sponte
assumpto et accepto auditis huiusmodi inde primum partium
predictarum propositis et responsis opinionibus iuribus pri-
uilegiis munimentis visis aliis inde videndis et
equa lance iusticie diligenter masticatis matura quoque
nobis nos deliberacione prehabita freti quoque capituli
nostri mecum salubri consilio penam predictam in
huiusmodi compromisso contentam videlicet ducentorum flore-
norum per nos sic ut premittitur vallatam et impositam
approbantes ac illam per partes predictas huiusmodi inuiola-
biliter obseruari volentes et teneri Et in huiusmodi compromis-
si in nos sicut premittitur facti super iuramentum Summus
arbitralem pronunciamus et decernimus arbitramur sancimus dicimus
laudamus et diffinimus ac tenore presencium pronunciamus

Decernimus arbitramur dicimus laudamus et diffinimus ac sentenciamus quod
omnia et singula iura privilegia littere et munimenta coram
nobis per prefatos prepositum Archidiaconum Cantores et vi-
carios exhibita et producta in suo robore et vigore perpe-
tuo permaneant inviolata Item pronunciamus decernimus arbitramur
dicimus laudamus diffinimus et sentenciamus quod prefati Magistri Pau-
lus prepositus et fratres sui ac Johannes Parde cum fratribus
suis qui pro tempore fuerint in die Assumpcionis beate Marie
virginis Annis singulis in perpetuis temporibus sermone et
missarum solemnia in ipsorum ecclesiis mane peragent et facient
ita quod populi sue parrochie ad ecclesiam collegiatam beate Marie
virginis ad sermonem et ad summam missam venire possint au-
ille dominus plenus operibus bonis satis fuerit etati et
glorie prima die Iulii Sancte Ecclesie Sacramentis provisa
a morte raptus de hoc seculo ad vitam translatus Deus ut

92 Pro formanda appellacione arenga.

In nomine domini amen. Quoniam et si sacris sanctorum patrum sanctionibus
spiritu sancto suggerente editis et conscriptis iudicibus ecclesiasticis sub
penis formidabilibus sit iniunctum, ut in causarum processibus ac in singulis
que per iusticiam ministranda agenda sunt, sola pre oculis solum deum habere
debeant deum, prudenter attendere ut in talibus negociis nec vendicet
odium, vel favor usurpet, timor expellat, premium aut spes expe-
ctacio iusticiam non evertat, sed stateram gestent in manibus,
lances appendat equo libramine, per meritis id quod iusticia dicta-
verit unicuique tribuendo. Quia tamen sacrorum canonum attestante
eloquio humanum iudicium quod divinis exposcitur e destitibus quatuor
predicta solent plerique pervertere, evenit quod ut ambo iudicantis
favore aut premio corrupti, timore vel concussi, deserto iusticie
tramite, in offensam innocentis plerumque iniuste procedunt nonnunquam.
Quapropter maturo concepto consilio appellacionis remedium a sacris patribus
ad presidium innocentie rationabiliter est institutum, ut sit oppressis
iniuriis ubi deesset refugium et tutamen. Hinc est quod ego N. de
B. pro me et nomine procuratoris discreti N. de C. coram vobis discrete
viro testibus et notario publico hic astantibus et presentibus animo
proposito et intencione provocandi et appellandi allego dico et
propono atque deduco, quod dominus etc. Salvo iure etc.

93 Arenge appellacionum.

Cum etiam ecclesiasticus iudicis illum reum non iudicat quem iudex
iniuste condempnat, Proinde coram vobis venerabilibus etc.

Cum appellacionis remedium a sacris canonibus non inmo-
tiliter sit adinventum ut ea que contra ius fiunt et gravamine
aliquo in statum debitum valeant reformari, Proinde coram etc.

B. Constitutus personaliter etc. fecit constituit creavit nominavit et solemniter ordinavit
suum verum etc. ac certum procuratorem etc. ad ~~comparendum~~ nomine ipsius domini
constituentis et pro eo in causa et causis quam et quas per dictum [illegible]
et quasvis ad sedem apostolicam domini Wenceslai domini B. etc. eius quod con-
sistorii pragensis et Pragensis devolutum est et moturam eius appellandi
appellaciones faciendi interponendi et provocandi easdem quoque appellaciones prefato
domino B. etc. suis quod consiliis ac illi vel illis quibus intimari fuit
intimandi insinuandi publicandi et notificandi ac prosequendi.

prius quoque petendi et requirendi instrumentaque publica et apostolos super
dictis appellationibus et querimoniis alia testimonia in hiis quomodolibet necessaria
et oportuna petendi et obtinendi alia que omnia et singula negotium
ipsum gerendum et que ipse dominus constituens faceret et facere posset
si personaliter interesset etiam si talia foret que mandatum exigerent
specialius etc. et super quibus omnibus et singulis predictis dominus
constituens petiit sibi a me notario publico fieri acta presentia hic etc.

Instrumentum acceptacionis beneficii vigore gracie apostolice

In nomine domini amen etc. Constitutus personaliter circumspectus
et discretus vir magister Marcus Zechonis de N. Gnez.
dioc. clericus in ecclesia Gnez. predicta literas apostolicas gra-
ciosas de uno vel duobus beneficiis seu beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura
cuius seu quorum fructus et proventus si unum viginti vel
ipsorum duorum alterius ad curam xxv si vero sine cura
sint vel fuerint xviii marcarum argenti secundum taxacionem de-
cime et valorem annuum ad reverendissimi in christo patris et domini
dominorum archiepiscopi Gnez. et episcopi Poznanien. necnon
venerabilium virorum dominorum prepositorum decanorum archidiaconorum
scolasticorum thezaurariorum custodum cantorum capellanorum sin-
gulorum canonicorum et personarum Gnezn. predicte et Poznanien.
ecclesiarum collacionem presentacionem provisionem seu quamvis aliam
disposicionem communiter vel divisim pertinentis seu pertinentibus
a sede apostolica et a sanctissimo in cristo patre et domino
domino N. papa moderno cum dicta ac processu inde secuto
reverendi in cristo patris domini et domini N. episcopi N. executoris eiusdem
gracie ipsius sigillo rotunde figure media de rubea extra vero
de communi cera cum filis sericeis rubei coloris dependente sigil-
latas manu quoque Petri N. de N. clerici Ploczen. dioc. publico
imperiali auctoritate notarii subscriptas et per publicato suis tenens
in manibus vigore earundem literarum et processuum ecclesiam par-
rochialem in opido N. Pozn. dioc. vacantem post mortem et obi-
tum discreti viri bone memorie Alberti et immediati rectoris
eiusdem acceptavit si et prout sibi ius competit ad
de quo extitit ibidem solempniter protestatus requirens discretum
virum dominum L. altaristam corporis christi in ecclesia Gnezn.
predictum executorem quatenus sibi de dicta ecclesia cum suis
vigore literarum prescriptarum sit ut premittitur vacantem provideret
ipsumque investiret de eadem possessionem fructuum reddituum
proventuum censuum et obvencionum cum omnibus ad plenitudinem
iurisdiccionis eiusdem ecclesie cum suis assignando Tunc quidem
dominus N. sub executor receptis eisdem literis apostolicis et
processu reverenter ut decet parendo que mandatis apostolicis
et filius obediens prefatum Magistrum N. providit de ecclesia
predicta cum suis ipsumque per birethum suum capiti prefati

Magnum prefatum impositum inuestiuit de eadem possessione fructi
bus reddite prouincie [illegible] et Albertum commissorem eius [illegible]
ad plenitudinem iurisdictionis quantum in eo fuit eidem magistro
Marco assignauit iuxta continentiam dicti processus et
tenorem super quibus omnibus et singulis idem magister
petiit sibi fieri

95

Prouisio et inuestitura ad Canonicatum et prebendam per commissarium

Stanislaus de C. etc. et generalis vicarius reuerendi in Christo patris
et domini domini dei gratia episcopi de C. in spiritualibus
generalis Honorabilibus et discretis viris dominis preposito
et custodi ceterisque canonicis et personis ecclesie
nostre diocesis ac illi vel illis ad quem vel quos receptio
siue admissio prelatorum et canonicorum

96

Suspensio ab execucione et priuatio beneficii propter fornicationem simplicem et diffinitiue

Cum infamibus porte pateant non deceant dignitatum honores quia
utilitatis interest ne crimina maneant impunita. Cum itaque tu
N. de N. crimine fornicationis et incestus perpetraueris cum
consanguinea sua in gradu prohibito prout ex tua confessione
ex nobis iudicialiter facta comperimus scandalumque non leue ex
huiusmodi crimine in parrochia tue ecclesie commisse exortum fuit. Sed
quia condempnationis nota et infamia [illegible] secludit tum si impuni
tas [illegible] inseat ceteris in exemplum, quare te dignum et de
claramus irretitum fuisse et esse ut pro patrato crimine condignam
recipias ultionem, per hanc nostram sententiam diffinitiuam quam
ferimus in his scriptis diffinimus pronunciamus et declaramus te ab
officio sacerdotali et administracione sacramentorum suspendendum
et suspendimus interdicentes tibi executionem officii sacerdotalis
et administracionem sacramentorum donec sedis apostolice vel alium
qui hoc potest dispensatiue fueris restitutus. Et cum sine scandalo
in parrochia ville C. diocesis nostre tue ecclesie commissa
ministrare propter de te exortam infamiam non possis, te dicta
tua parrochiali ecclesia in hiis scriptis diffinimus pronunciamus et de
claramus priuandum et amouendum ac priuamus et amouemus
Dantes licentiam et facultatem patronis dicte ecclesie in C. aliam
personam idoneam ad dictam ecclesiam in C. presentandi

Executoria ultime voluntatis

97

Jn nomine dni amen Sub anno et indic ponte et die etc
hora vel quasi i stuba tali etc domus et cuius
aveiq meorum notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum
specialiter et rogatorum presentia Constitutus personaliter prefatus
... i lecto egritudinis iacens tamen mente et
corpore compositus cogitans conditionis humane quod sibi futura pariat
dies desiderans quod quamdiu viget i corporeis membris qui
est et racio regit mentem Cum siquidem mentem sepe adeo lan
guor obnubilat et astringit quod nedum temporalium rerum verum etiam
suipius cogit ipsa languoris vehementia oblivisci humane fra
gilitatis periculum prevenire de remedio et salute anime sue pro
videre intendens terrena eterna i celestia et transitoria i eterna
felici commercio commutare de rebus bonis a deo sibi collatis
et intuitu sue persone acquisitis pro premio nuncupatiuo testatur
animam suam deo omnipotenti et sue genitrici virgini Marie
et omnibus sanctis primo et principaliter commendans Omnia et
singula manantea per eum quolibet et quibus sub personis
legata necnon omnes et singulos sue ultime voluntatis exe
cutores aliosque quoslibet constitutos revocans ...
... presentes sue ultime voluntatis et omnium suorum bo
norum mobilium et immobilium ubicumque existentium et exemptorem co
missarium fidei generalem et specialem executorem modo quo meliori
iure causa stilo forma et consuetudine quibus meli
orib fieri potuit et debuit fecit constituit nominavit
elegit et deputavit dans et concedens eidem suo exe
sue commissario fidei de quo ut dicebat in domino
fiducia obtinebat plenam liberam et omnimodam potestatem de bo
nis et rebus ipsius sic et taliter disponendi ordinandi et faciendi
Prout melius et salubrius pro remedio ipsius anime videbitur
expedire necnon census debita maldrata ... reddi
tibus et proventibus levandi exigendi recipiendi a quibus
cumque personis coram quocumque iudice dato vel dando
ordinario vel delegato et de eisdem disponendi prout sibi conse
deus omnipotens inspirat Et cuncta per ipsum debita sique fi
de dignorum testimonio probabuntur de predictis bonis suis
solvendi et per eisdem quibuscumque satisfaciendi Voluit etiam
idem ... quod presens ipsius ordinatio seu presens et ultima
voluntatis testamenti valeat et firma sit et omnem vigo
rem et firmitatem obtineat tam ... quam extra ...

obstante quibuscumque causa iuris vel impedimenti emergente
mediante dependentibus et annexis petens sibi de omnibus et sin-
gulis premissis a me notario publico infrascripto fieri et confici
unum vel plura publicum seu publica instrumenta Et ego N. notarius publicus prefatus
Acta sunt hec Anno predicto Testato Ordinacione prefati
vocati necnon commissionis fidei Deputacionem alijs quam omnibus

98 Instrum

Instrumentum acceptationis possessionis ville spectantis ad aliquod beneficium

Constitutus personaliter tenens et habens de suis manibus litteras reverendi
in Christo patris et domini N. Episcopi predicti unam videlicet grossam filis sericeis colloratis
aliam vero executoriale cum cordula canapi more Romane curie
bullatas sanas salvas et integras non abolitas non viciatas
neque cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas Sed prorsus
omni vicio et suspicione carentes Tres de verbo ad verbum ut alio
in processu cum eisdem necnon dignitate perfectionatum ad curie ut sine
in corum Collegio necnon dignitate prefati domini nostri pape
curia altius earundem Collationem per prefatum dominum nostrum papam
sibi facte una cum processu executo Reverendi in Christo Episcopi Constant.
Videlicet dicte littere in eisdem literis principaliter nominatis ipsius sigillo ab
longe figure ut de rubea cera albo vero de alba communi cera
cordula serica rubei coloris dependente manu ac signo perfecti et
notarij et dicti subscripto et consignato vigore earundem litterarum
Apostolicarum et processus ad debitam instanciam requisivit discretum
presbiterum et dictum tamquam dictarum litterarum Apostolicarum ac processus
inde secuti mandatarium quatenus eum cum eius iure contenti in possessionem
ville N. post obitum etc. ipsius solemni et omnimodi posses-
sione vacantis nuncupate iuriumque et pertinentiarum induceret ac
talitatem corporalem et realem faceret quod sibi de fructibus redditibus
proventibus et obvencionibus omnibus ville eiusdem integre res-
ponderi Cum quidem dictus N. prefatus volens mandato aposto-
lico obedire et eadem executioni ut tenetur committere omnibus et
singulis dicte ville incolis cultoribus et inhabitatoribus ipsum
dominum N. in possessionem ville predicte ut cum quo ipsius ac ho-
minum in eadem cum consistencium consistentium per terram arature
Siliginis unius aciei estivalium frumentorum avene quam parvi
suppellectilium fructuum reddituum et proventuum ad ipsam villam quomodolibet
spectantium et pertinentium induxit posuit et locavit Eisdemque dominum
possessionem sic prefert vocante nullo condicente aut se oppo-
nente pro quibus ad supradicta omnibus ad ipsam spectantibus re-
alibus assignavit premissis omnibus et singulis dicte ville rusti-
cis ut ipsum dominum N. in ipsam dominum recipiant debitamque de
censibus redditibus et proventibus omnibus prout ad eadem pertinet
plenarie ostenderent Atque quod debitum facerent ad Honorem regis
Et ima portare litteras Apostolicas ac processus exhibitioni prefati
cum executioni possessionis apprehensionis alijs quam omnibus

Instrumentum purificacionis literarum et recepcionis in Canonicatum et installacionis

Constitutus personaliter N. canonicus [illegible] quasdam literas prefati domini in Christo patris etc. suo filio [illegible] et alias executoriales cum cordula canapi vel bullis plumbeis impendentibus bullatas sanas salvas et integras non viciatas non abolitas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes [illegible] et alia in Poznan [illegible] prebenda necnon dignitate personatu seu officio cum cura vel sine cura [illegible] ecclesie prefate dominum nostrum papam sibi facte una cum processu reverendi in Christo patris [illegible] sigillo oblonge figure in cordula canapi impendenti sigillatas [illegible] literas [illegible] vigor eiusdem et processu inde secuti [illegible] requisivit tales tamen sub [illegible] earundem literarum apostolicarum et processuum et honoris [illegible] ecclesie canonicos ibidem presentes requirit et monet quatenus ipsum N. recipiant in canonicum et in confratrem stallo in choro et voce in capitulo ac loco sibi assignatis et alia faciant que ipsis tenor predictarum literarum et processuum mandabant Cum quibus domini prelati et canonici receptis eisdem literis et processu ac super ipsis deliberati prefatum N. receperunt in canonicum et confratrem stallo in choro ac voce et loco in capitulo sibi [illegible] et [illegible] in talibus [illegible] solide assignatis Iuramento quoque de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie ad sancta [illegible] corporale ab eo [illegible] consilio dante et prebente [illegible] que circa huiusmodi recepciones fieri et servari consueverunt Super quibus [illegible] Super predictarum literarum apostolicarum et processus [illegible] insinuacioni intimacioni publicacioni requisicioni in canonicum recepcioni aliis que omnibus [illegible]

100

Instrumentum ultime voluntatis alicuius Testamenti

Constitutus personaliter N. etc. per gratiam domini nostri Ihesu Cristi sanus mente et racione licet eger corpore [illegible] salubriter volens per meditacionem diem extremum sue peregrinacionis prevenire attendens imbecillitatem humane condicionis mentem revolvens quod quilibet sive velit sive nolit [illegible] per mortem [illegible] nolens bona sua et res a deo sibi in hac vita misericorditer collata et concessa ad distrahendum [illegible] relinquere testamentum per subscriptam sive ultimam voluntatem suam condidit fecit ordinat ac disposuit in hunc modum Inprimis commendavit animam suam

Altissimo Creatori et Genitrici eius gloriose Item legavit hec
istis et hoc istis Cura omnia et singula debita tam supra
scripta quam non nominavit per ipsum vel specificata generaliter commi
sit totaliter quas elegit in suos executores sue ultime volun
tatis quibus dedit omnem potestatem exigendi levandi tollendi et
extrahendi predicta debita sua prout ipsis videbitur expedire pro
anima eius fideliter disponendi ordinandi secundum ut deus ipsis
concesserit Ceterum sibi super premissis convenio non plura etc.

Citacio ad inhibicionem et Commissionem in Causa Appellacionis

Venerabilibus et discretis viris N. Rectoribus et vicariis parrochialium
ecclesiarum et C. ad sanctam Mariam et ad sanctum spiritum nostre civitatis
et Cracovien dioc Ceterisque presbiteris et clericis curatis et
non curatis per et infra civitatem et dioc Cracovien ubilibet con
stitutis seu loca tenentibus et eorum cuilibet requirende salutem
in domino et presentibus fidem indubiam adhibere Noveritis quod
nobis et per nos recepte appellacionis instrumento publico manu cuius
perti N. de G. Clerici Cracovien dioc publici imperiali auctoritate notarii
consignato et subscripto pro parte honorabilis N. Canonici Crac ad
nos et ad sanctam sedem nostram Cracovien a venerabili viro domino N. de
C. Canonico et officiali Cracovien et ab eius sententia interlocutoria
sive diffinitiva pro parte aduersa Martini de C. et contra providum N.
de C. Cantorem Cra latis et ab aliis gravaminibus contra eundem N.
fulminatis in dicta appellacionis instrumento latius deductis interpositi prefatus
N. Canonicus Cracovien nobis ad debitam instanciam supplicavit quatenus
eidem nostras Citacionis et inhibicionis litteras contra et adversus prenomi
natum N. de C. dare et decernere dignaremur in forma solita si
et consueta Nos vero supplicacioni et peticioni dicti N. iuste at
tenta et consona racioni Et quod iuste petentibus non est denegandus
assensus prefato N. nostras citacionis et inhibicionis litteras fore duximus
decernendas Quocirca vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis
pena qua in vos et vestrum quemlibet trina trium dumtaxat dierum mo
nicione premissa ferimus in hiis scriptis mandatis nostris huiusmodi parentes
cum effectu districte precipiendo mandamus quatenus personaliter accedentes
alias in domo habitacionis sue coram ipsius familia publice peremptorie
et peremptorie vino edicto per tribus Citate prefatum N. oppidanum in C. Quem
et nos presentibus citamus ut coram venerabili viro domino N. predicto
Cracovie tricesima die Citacionis vestre execucionis presentium continue
computacione si ipsa dies tricesima iuridica fuerit alias die iuridica
extunc immediate sequenti Cracovie in domo sue habitacionis hora
terciarum legittime compareat ad instanciam prenominati N. ad dandum
et opponendum siquid dicere aut opponere velint coram appellacionem audiendum
ac impugnandum eandem verbo vel in scripto vel ad procedendum

et per ipsum dominum S. procedi contendimus ad omnes et singulos actus et terminos
iudiciales gradatim et successive et postea ad cognitionem causarum
appellacionis huiusmodi inclusive ipsi quoque N. ad obtinendum quemcumque in-
dicia causarum cognicioni domino S. preposito aliis arduis regni
et civitatis nostre preditis negociis dicta causa ad omnibus et sin-
gulis eius emergentibus incidentibus dependentibus et connexis committimus per presentes
audiendum decidendum cognoscendum et fine debito terminandum ad cognicionem causarum
appellacionis et sine diffinitive placitorum includendum [illegible] testes
etiam qui ad ipsa designati fuerint si se gratia odio timore vel amore
subtraxerint per censuram ecclesiasticam cogant cessante testimonium perhibere
et nichilominus post legitimam citacionem presentem nostre citacionis
sub excommunicationis penis suprascriptis personaliter inhibeat reverendo
in Christo domino Cornelio Dei gratia archiepiscopo Cracoviensi ac prefato
domino Johanni de B. decretorum doctori vicario vestro in spiritualibus
et officiali generali ac ipsi N. et N. cum adherentibus predictis
quoque aliis quorum interest aut intererit aut interesse poterit quolibet
in futurum ne ipsi per se vel alium sive alios publice vel occulte
directe vel indirecte seu quovis quesito colore in dicta causa
coram nobis et dicto domino preposito pendente nec in ea pro
[illegible] pendente aliquid in contemptum iurisdictionis nostre et dicti
N. preiudicium et gravamen innovare seu attemptare presumant. Alio-
quin si secus fecerint id totum irritare annullare et cassare et ad
statum pristinum reduci curavimus supradictus dominus S. iudex huiusmodi com-
missarius curabit iusticia mediante. Et adeo quod inrissent in
parte dicti N. procedimus seu ipse dominus S. procedat quibus et
nos dudum [illegible] inhibendum et inhibemus per presentes diem vero
execucionis presencium et quicquid in premissis fecerit premonicato domino
S. preposito remissis presentibus intimet. In cuius rei testimonium presentes nostras
citacionis inhibicionis et commissionis litteras scribi et publicari
mandavimus nostri que appensione sigilli iussimus communiri. Datum et actum
[illegible] in curia nostra archiepiscopali anno domini etc. indictione presente die
mensis etc. hora vel etc. presentibus etc. Item [illegible] appellacionis
presentacionum citacionum et inhibicionum peticio et date decreti aliis que [illegible]

Relaxacio interdicti ex causa occisorum presbiteri

Vincencius Dei gratia archiepiscopus presbitero occasione discreti et presbiteri de
R. et quosdam scelestas violatores heri patrati iuris canonici et
statutorum provincialium sanctionibus inherentes testamenti quorum et
informacionibus sufficientibus receptas matura de super prehabita deliberacione
concludentes et singulas ecclesias et latum decanatus
lavice ecclesiam tamdiu supposueramus interdicto donec nobis

dispositionem iuris et statutorum provincialium violatores huiusmodi nobis
traditi fuissent et offensam ecclesie nostre competenter fieret satisfactum. Cum
vero per nonnullos terre eiusdem lancie procuratores et nobiles manu-
ale de tradicione eorundem sceleratorum et penarum solucione summe denomi-
specificati, quare eciam proposito tanto nos clemencius agere ve-
lit in premissis, quatenus ex huiusmodi posito interdicto periculum conspiracionis
evenire animarum, quibus salutaribus mediis occurrere cupientes precibus
continuis dictorum nobilium et vulgi communis clamoribus pruritie
inclinati interdictum huiusmodi nunc tollimus et relaxamus in
dei nomine per presentes. Mandantes vobis quatenus sublatum huiusmodi in-
dicti in ecclesiis vestris publicetis, divina officia in eisdem sic primi-
tus resumentes; corpora vero defunctorum, si que extra sacra
loca occasione huiusmodi interdicti fuerunt tumulata, exhumatis in
locis sacris cum psalmodiis et aliis ceremoniis solitis, a
qua sentencia prius appellacione tradatis ecclesiastice sepulture. Ne autem
facilitas venie aliis prebeat incentivum delinquendi, capellam et
parrochiam in qua ubi tam inhumane scelus patratum est interdicto
huiusmodi volumus nichilominus subiacere, donec huius horrendi facinoris
auctores discretioni animadversionem compensant et ecclesie nostre
predicte fuerit satisfactum. Datum

Commissio cause alicui persone

Stanislaus etc. honorabili viro ... Salutem et fraternam in domino ca-
ritatem. Causam et causas quam et quas discretus N. de N.
movet et movere intendit quibuscumque personis ecclesiasticis vel secu-
laribus cuiuscumque sortis vel preeminencie fuerint pro et super nonnul-
lis et causis quibuscumque dicte sue ecclesie, tibi de cuius
legalitate et industria plenam fiduciam in domino obtinemus, cum
omnibus emergentibus dependentibus incidentibus et connexis duximus committendam
et committimus per presentes. Mandantes vobis quatenus huiusmodi partibus
vocatis ad vestri presenciam per edictum et hiis qui evocandi fuerint
causam et causas huiusmodi audiatis et sine debito termino debito
terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam a partibus eius-
modi firmiter observari. Testes vero qui nominati fuerint, si se
gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili cogatis testimonium
veritati perhibere. Datum

Citacio cum inhibicione

Stanislaus etc. scribat citacionem simplicem usque ad finem et [illegible]
per legittima [illegible] presentes vice citacionis personaliter accedentes
venerabilem virum dominum N. officialem Poznaniensem generalem in

Spualis vicarii contiam Aliosque omnes et Singulos quorum
interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum supradicte
presentia tamen hre poterit alias in Causa nostra prefata publice
propone ipsis et Cuilibet ipsorum inhibeatis quibus et nos tenore
presentium ~~inhibemus~~ inhibemus ne quisquam ipsorum per se vel per alium seu
alios directe vel indirecte seu quouis quesito colore in
Causa predicta lite coram nobis pendente in preiudicium et vilipendium
Jurisdictionis nostre et preiudicium predicti Joh. quicquam attemptare
seu innouare presumat quavis ratione Alioquin si contra huiusmodi
nostram inhibitionem aliquid attemptare seu innouare presumpserit id
totum annullare cassare revocare et ad statum pristinum reducere
Curabimus iustitia mediante De die vero Citacionis vestre
et in forma Citauimus simpliciter et aliis que circa premissa
feceritis vestris scriptis et signo vestro reddatis

Instrumentum insinuacionis
interpositionis appellacionis

In nomine domini Amen Sub Anno nativitatis eiusdem etc Constitutus
personaliter venerabilis vir dominus D. de C. Decanus et Canonicus
dicte ecclesie Cracoviensis tenens et habens suis in manibus quandam appellationem
in Carta papirea scripta honorabili viro domino N. de B.
Decano sancte ecclesie Cracoviensis interposuit insinuavit et notificavit
eamque sibi alta et intelligibili voce legi procuravit
Cuius tenor sequitur in hec verba Coram vobis Notario publico
et testibus fidedignis hic presentibus et astantibus Ego Sobeslaus Decanus ~~et~~ Cracoviensis sancte ecclesie C. anno et intendens
appellandi propono atque dico Quod licet decanatum meum ad dictum
vacantem post mortem et obitum honorabilis viri domini B. ultimi et
immediati Rectoris seu decani decanatus ad dicti vigore literarum
apostolicarum michi per Sanctissimum in Cristo patrem et dominum nostrum dominum
Sixtum divina providentia papam quartum et ... Cracoviensis
prima post pontificalem Coronacionem facte ac processus venerabilis
viri domini C. abbatis monasterii in D. Cracoviensis diocesis Executoris unica
cum aliis gracie mediante et literarum apostolicarum predictarum decanatum eundem
tempore et secundum loco et tempore acceptasse Et per honorabiles viros
dominos prelatos et Canonicos eiusdem ecclesie C. iuxta statuta et
consuetudines ut moris est et forma iuris requirit in decanum
eiusdem decanatus recepisse et assumpsisse possessionem realem et corporalem
pacificam dicti decanatus pacifice et quiete sine turbacione aliqua
assecutus fuissem et essem Cuius per tempus et per tempora plura

contra decursum aliquot septimane sine molestacione habuisse et
tenuisse et continue habere et tenere fructus et utilitates ex
eodem Decanatu qui provenire solent et poterat nemine
impediente vel contradicente percipiendo levando et habendo
Tamen dominus N. ut dicitur decanus Sandecensis nescitur quo ductus
spiritu vel qua temeritate inflatus gracie et provisioni
apostolice se opponens nec penas et sentencias dicti domini abbatis
executoris contentas in dicto processu suo quin mee prelibate
expressatas formidans me in dicto Decanatu meo quem
tamen sine assecucione de facto et de iure non possit contra deum
et iusticiam impedit et nititur impedire Monuit enim me et
moneri procuravit nuper de anno domini millesimo ... hono
rarius dominum Rkaym Cantu quatenus sub excommunicacionis et
aucte quarundam litterarum apostolicarum tacita veritate et expres
sa falsitate eo tacito quod expresso et eo expresso quod tacito
impetratarum et obtentarum ac processus Reverendi in cristo
patris se pretendentis se executoris principalis litterarum predictarum
apostolicarum ac dictarum collegis suis ad hoc deputatis
minime requisitis contra confabulati et confecti ex tunc
hora et locum contra formam iuris talis qualis monuit et
requisivit seu moneri et requiri procuravit ut sibi puta
dicto domino N. de Decanatu Sandecensi sub penis in eisdem
presentibus et fictis processibus contentis dicto Decanatu
meo cedere et credere deberem ad quod minime tenor Nam si
sibi in aliqua parte deberetur de iure prout non debetur aut ad
ipsum per dictum pretensum executorem sum abilis et ydoneus
privatus essem vel per quemvis investitus fuissem ad eundem pro
ut non sum Tamen adhuc ut in dictis litteris apostolicis
gracie sue predicte deducitur tunc dictus Decanus Sandecensis existit
defunctus meum ius dictum absque gravi scandalo et periculo
animarum tenere non possit molestias et iniurias michi per hoc
non modicas et intollerabiles faciendo et hoc ostendendo propter
adictas litteras apostolicas tamen tacita veritate et expressa
falsitate obtentas processibus quoque predictis dictas ex inde ad
fictis et confabulatis monicionibus quoque michi factis Nam
dictus Ergo Wenceslaus Decanus predictus sentiens me
gravatum ad sanctam sedem apostolicam ad dominum nostrum papa

pa tamqm reclamacionum veritate per revelacionem veri ueritas
tanto clarius elucescat et inveniri possit inspiciente
provocacionem et Appellacionem huiusmodi tuicionem sacri palacii sancte sedis
sedis Apostolice tum omnibus michi in hac parte adherentibus et
adherere volentibus committo apostolos vero instanter eiusdem si
michi non dari peto si quis sit qui eos dare velit vel
possit aut saltem Testimoniales apostolos a vobis Notario
publico aut persona autentica et fideli consilio et testimonium
appellacionis presentis michi dari peto offerens me paratum omnia
supra scripta sunt vobis publicatam et notarium Et quod eadem possi
prout loco et tempore opportunis Appellacionem predictam prosequi salvo
tamen iure addendi minuendi corrigendi etc alys ipsius iuris remedys
et beneficys michi semper salvis De quibus prefatus solenniter et
expresse petens dominus Dobeslaus sibi fieri per me Notarium
publicum infrascriptum unum vel plura instrumenta acta per quem
Acta predicta appellacionem interposicionem insinuacionem intimacionem
et notificacionem Actum ubi et alys

Instrumentum resignacionis
Beneficy ex causa permutacionis

In nomine domini Amen Constitutus personaliter honorabilis vir Rector
Ecclesie parrochialis in N dioc Gnezn Omnibus melioribus etc
possit ibi Dans et concedens dictus suus procuratoribus plenum
mandatum et liberam ac omnimodam potestatem et facultatem ad
Resignandum dictam suam Ecclesiam in N in et inter manus
Reverendi in christo patris vel ultimus quidem ad hoc potestatem habente
ex causa permutacionis cum honorabili viro domino N pro Ecclesia
parrochiali in N poznan dioc et non aliter ipsamque resignacionem
recipi et admitti petendum et obtinendum Necnon quoscumque
liatum Iurandum et presertim quod in resignacionem huiusmodi fraus
dolus Symonia aut aliqua pacta illicita seu quevis
corrupteria non intervenerit in animam ipsius Constituentis prestandum
Et generaliter omnia et singula etc prout in alys Instrumentis

Mandatum ad resignandum
Beneficium aliquod

Constitutus personaliter honorabilis etc non vi metu coactus nec compulsus nec
aliquo dolo seu errore seductus sed mente libera spontanea

Resignar

voluntate non valens ut asserebat domum suam Cellam et presentem
in temporalibus non modico constitutus senio gubernare et ab emulis
defendere fecit constituit creavit et fecit honorabilem virum dominum N.
suos veros et legittimos procuratores actores et nuncios speciales absentes
tamquam presentes ita dans et concedens dictis suis procuratoribus
et eorum cuilibet in solidum plenam generalem liberam et omnimodam
dam potestatem et mandatum speciale pro se et dicto suo nomine
renunciandi dimittendi et resignandi sponte pure et
libere in manus domini nostri in Christo et seu illius vel illorum
cui vel quibus sanctissimus dominus noster papa talia commisit seu
duxerit committenda eandem custodiam suam ad prebendam que
dicitur quintam ac cantoriam cum prebenda regimine
que et cuius ipsorum ad omnibus iuribus et pertinenciis suis fieri ac
ad curandum in animarum suarum quod sponte et libere ex causis premissis
sed absque simplicis minoris prelati comodum dolo metu et
fraude cessantibus adhoc inductus et motus et quodlibet
aliud licitum et debitum iuramentum prestandi et generaliter omnia
et singula faciendi et exercendi que circa premissa ac in pre-
missis fuerint oportuna etiam si mandatum exigant magis
speciale sive generale et que veri et legittimi procuratores in talibus
facere consueverint et que ipsemet constituens faceret vel facere
posset si premissis personaliter interesset promittens michi notario
solempniter stipulanti nomine ratum gratum atque firmum tenere
perpetuo et habere quicquid per ipsos fuerit sive revocare
per dictos procuratores suos seu eorum alterum factum et ordinatum
fuerit in premissis et quolibet premissorum actum sub ypotheca etc.

Instrumentum ad petendum se introduci ad possessionem rei

Dans et concedens dicto suo procuratori plenum mandatum
integram et omnimodam potestatem ad petractandum et prosequendum gratias
provisionis domini nostri in Christo factam ut sibi de canonicatu
et prebenda in ecclesia collegiata sancte Marie per
mortem et obitum honorabilis domini N. ipsorum canonicatum et prebendam ul-
timi et immediati possessoris vacantem per eundem dominum pro-
visum et facte petendum possessionem ipsorum canonicatus et prebende
ac se recipi in canonicum et fratrem ac stallum in choro locum
et vocem in capitulo dari cum plenitudine iuris canonici pe-
tendum ac eandem possessionem dictorum canonicatus et prebende
apprehendendum et recipiendum manutenendum et continuandum et

effectualiter ratificand(i) Iuramentum quoque de observand(is) statutis et
consuetudinibus dicte ecclesie Lancicien(sis) prestand(i) fructus redditus decimas
et proventus ac obvenciones quascumque eorumdem canonicat(us) et preben(de)
tollend(i) levand(i) et percipiend(i) decimand(i) et disponend(i) de percept(is)
quos et levatis quittand(i) ac dimittend(i) et pacem de pluri non
petend(o) faciend(i) literas per eisdem faciend(i) agend(i) ac processus et
censuras ecclesiasticas occasione eorumdem extrahend(i) a quocumque gravamine
eis illato vel inferendo appelland(i) et provocand(i) appellacionem interpo(nendi) inti-
mand(i) insinuand(i) et prosequend(i) ac apostolos seu literas testimoniales
petend(i) et obtinend(i) et generaliter omnia et singula et cetera que si
talia forent que mandatum magis exigerent speciale quam presentibus
est expressum Promittentes etc.

Processus contra fove(n)tes mulieres in edibus

Andreas dei gracia episcopus Poznaniensis discretis viris ecclesie
Cathedralis presbiteris salutem in domino Dudum et ad mores et
vitam clericorum corrige(ndos) et sacrorum canonum dispositionem exequi
cupientes constitutiones nostris sinodalibus statuimus decrevimus ordina-
vimus et subexpressimus ac trium marcarum penis in nonnullis et
sanctionibus ut nullus clericorum secularium et regularium
beneficiata et officia in nostra dioc(esi) habentium et alias in sa-
cris ordinibus constitutus cuiuscumque status gradus condicionis ac
preeminencie existat in nostra dioc(esi) Pozn(aniensi) consistens mu-
lieres suspectas causa libidinis aut aliarum execrabilium ma-
liciarum explendi fovere in domibus propriis vel alienis
manifeste vel occulte sub certis penis debet dimittere nec eas
vel alias quascumque loco ipsarum assumeret quoniam modo que
statuta et ordinaciones in sinodo generali tunc per nos cele-
brata publicavimus et publicatas ac legi et intimari fecimus
Tamen nonnulli prelati et canonici vicarii altariste et ce-
teri clerici et alii capellani presbiteri nostre civitatis Pozn(aniensis)
Cuiuscumque eandem nostram degentes mulieres suspectas ad ipsam
libidinem prout ex relatu et testimonio fidedignorum in forma
iuris receptorum informati existimus explenda in contemptu
dictorum nostrorum statutorum et detrimentum clericalis dignitatis
in grave quoque periculum animarum suarum ac scandalum christifidelium plu-
rimorum palam publice notorie et manifeste in domibus eorum
fovent et tenent penas censurarum et alias in dictis nostris
sinodalibus statutis contentas miserabiliter incurrendo Non

abhorrent divino et humano timore et reverencia postpositis et dampnabiliter spretis Et ne huiusmodi transgressio ex taciturnitate et dissimulacione impunita transire videretur quam cum nostre pastoralis officio competit predictis obviare cupientes vobis omnibus supradictis sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus quatenus publice per edictum moneatis omnes et singulos prelatos et canonicos vicarios perpetuos et temporales altaristas ceterosque clericos dicte nostre civitatis ... et eciam ipsum degentes quos et nos presentibus monemus ut infra novem dies prefigimus et assignamus mulieres omnes et quascumque de domibus suis teneant et separatas dimittant sub excommunicationis et [illegible] penis contra rebelles et huiusmodi nostris mandatis contra venientes censura ecclesiastica et aliis penis in dictis nostris statutis expressis arcius iuris [illegible] servato divino domina procedemus Dat

Instru super adhesion Appellonis in dorso scriben

In nomine domini amen et hoc presentis publici instrumenti tenore ... in Christo patris et domini et Constitutus personaliter et honorabilis vir ... de ... canonicus procurator et nomine procuratorio venerabilis viri domini ... de ... prepositi ... et canonici ... ecclesie suis tenens in manibus appellacionem presentibus a tergo scriptam eandem prefato reverendo in Christo et ibidem presenti coram me notario publico et testibus infrascriptis ad hoc specialiter vocatis et rogatis exhibuit insinuavit publicavit et notificavit et eidem tamquam iuste ex causis in eadem deductis ad herere petiit Cuiquidem reverendus pater audita causa et racionibus in dicta appellacione deductis predicte appellacioni tamquam iuste adhesit Requisivit quoque et exegit prefatus reverendus in Christo pater a predicto domino ... de ... procuratore dicti domini ... preposito de indempnitate ipsius et ecclesie sue ... per huiusmodi appellacionis adhesionem promissionis assecuracionem Cuiquidem dominus ... procuratorio nomine quo supra eidem domino ... archiepiscopo et et sue ecclesie ... promisit reddere indempnem Super quibus omnibus et singulis pretactis

Instrumentum ultime voluntatis

Constitutus personaliter per graciam domini nostri Ihesu Christi sanus mente et racione licet eger corpore apparebat volens salubri per premeditacione diem extremum sue peregrinacionis prevenire attendens quod nichil certius morte nec incertius hora mortis ... condicionis humane ... quilibet sive velit sive nolit per mortem ... cum in hoc ... bona sua et res adeo sibi in hac vita miserabili collata et

confessa ad distrahend[um] inordinate relinquere testamentu[m] p[rese]ns sub
scriptu[m] et ultimam voluntate[m] sua[m] condidit fecit ordinavit ac
disposuit in hunc mo[dum]. In p[ri]mis commendavit a[n]i[m]a[m] sua[m] altis
simo creatori et genitrici eius gl[ori]ose. Item legavit istis hor[um]
Que omnia et singula debita tam sup[er]ius scripta q[ua]m non
nominata p[er] ip[su]m nec specificata generalit[er] commisit talit[er] q[uo]s
elegit in suos executores sue ultime voluntatis quibus
dedit omnimoda[m] p[otes]tatem exigend[i] levand[i] tollend[i] et ex hered[ibus]
p[re]dicta debita sua p[ro]ut ipsis videbit[ur] utilius expedire
p[ro] a[n]i[m]a ip[s]ius fidel[ite]r disponend[i] et ordinandi secundum quod
ipsis concessit petens sibi sup[er] his unu[m] vel plura

Monicio contra violatores cimiterii

Stanislaus etc. Salutem etc. Quia C. et B. de tali villa eo
instigati instinctu quosdam homines in ecclesia tali maxillarunt
et alaphis ceciderunt et demum in cimiterio arma sua ex
traxerunt et ea ad faciend[um] male erexerunt et nonnullos usq[ue]
ad effusionem sanguinis letaliter vulneraverunt propt[er] q[uo]d excomunicacio[nis]
sentencias et alias penas a canone contra tales promulgatas
miserabiliter incurrerunt. Quare p[re]missa dissimulare nolentes
tibi committimus et sub pena excommunicacionis mandamus q[ua]tenus p[re]fatos
C. et B. personaliter accedens si commode poteris alias in domibus
habitacionis ipsorum in quibus habitare consueverunt et in ecclesia
tua publice coram multitudine Christifidelium ad divina au
diend[um] congregatis moneas quos eciam nos monemus p[er] p[rese]ntes
ut infra hinc et sex dies a tempore monicionis ipsis p[er] vos
fiende quorum dierum duos p[ro] primo duos p[ro] secundo et reli
quos duos dies p[ro] tercio et peremptorio termino p[re]figimus ac
canonica monicione ipsis et cuilibet ipsorum communiter et divisim
p[re]missis assignamus nobis p[ro] pena satisfaciant et in mundiciem(?)
dictorum cimiterii et ecclesie reconsiliari procurent aut cau
sam racionalem coram nobis dicant quare ad p[re]missa minime
teneantur. Quod si non fecerint ex tunc p[ro]ut ex nunc ipsos elap
sis dictis sex diebus excommunicatos denunciamus con[tra] p[er]mis
sores in hiis scriptis. Quos tu eciam in ecclesia tua singulis die
bus dominicis et festivis sic ut premittitur excommunicatos denun
cies et in vicinis ecclesiarum parrochiis denunciari procures
tamdiu p[re]missa exequendo

Dimissoria in aliena dioc[esi]
morari et ordinari

Donacio decimarum ad ecclesiam parrochialem per capitulum

In nomine domini amen Deo cui in sanctis suis iubente venerari per quem Reges regnant et principes obtinent principatum
Dignum profecto iustum et salubri consistit ut sibi qui nos reficit
quottidiane spirituali memoria corporis sui resumentes graciarum
acciones referendo honores et Reverencias debitas impendamus et
ut impendant ceteros christifideles provocemus Nos itaque Stanislaus
divina et apostolica sedis providencia episcopus Poznaniensis considerantes quod
ecclesia parrochialis in villa Stanicze alias Anczin dioc. de novo fun
data per Reverendissimum in Christo patrem tunc non sit bene dotata de quibus
Rector ecclesie eiusdem posset comode sustentari Ad remedium presentis
nostrorum necnon ad peticionem Nobilis N. de consensu capituli
nostri Poznaniensis ipsam dotamus Dotamus de decimis men
se nostre episcopalis infrascriptis videlicet in etc. ac missas pro sustenta
cione Rectoris eiusdem ecclesie perpetuis temporibus assignantes etc.
In cuius rei testimonium nostrum et capituli nostri sigilla presentibus
sunt appensa Actum et datum

Prohemia super fundacione seu erectione ecclesiarum parrochialium altarium et aliorum sequitur

In nomine domini amen Noverint universi tam presentes quam futuri
presenciam noticiam habituri Quod Nos Stanislaus etc. cultum divi
num ampliare animarum quoque saluti christifidelium providere prout ex one
re et pastorali cura tenemur cupientes Et hoc est in bonis
propriis episcopi Sed in bonis Nobilis taliter debet formari In nomine
domini amen Nos Jacobus etc. ad universorum tam presentium quam futurorum
Noticiam deducimus tenore presentium profitemur Nobilis vir N. heres
de N. miles. layacus noster dioc. coram Nobis personaliter con
stitutus exposuit Quod cum ipse considerans et preponens seminare ea
quorum fructus in celis provenerat ac cupiens qui nunc perit sed per
manet commercium operare ac animarum salutis sue et progenitorum
suorum utrumque sexus volens occurrere ex bonis suis patrimonialibus
et dictorum suorum progenitorum ecclesiam parrochialem in dicta vil
la N. sub honore omnipotentis dei et beate Marie virginis
gloriose et specialiter sub vocabulo simul etc. et honore sancti
spiritus et sanctorum omnium cupiens erigere errogavit ipsi ecclesie ac
Rectori suo pro tempore existenti duos mansos agrorum liberos
ab omni solucione in dicte ville N. consistentes plene et integre

Mensur cu pleno iure et omi dominio ac utilitate eiusdem
nomine loco titulo et vocabulo dat donavit et assign
ac dedit habendos tenendos possidend pacifice et quiete
quibuscuq impedimentis semotis per rectores dicte eccle
ac sibi fruendos in usus q proprios convertendos sine cu
alienacon eciudē decima q manipularem de omi gno qd
ipe et sui successores in dicta villa A . sive agros sive
quos ipi ad suo alodiu coluerunt duntaxat seminaverit
sive tole sive laborari fecerit de quo sexagintu ma
iore dicte ville A de quibus infra dicetur sine omi dif
ficultate diminucon vel fraude rector p tempore existenti
se et suos successores dare et solvere astrinxerit et obli
gavit nobis q humilit supplicavit ut hmoi eccliam erige
et fundare ac dotacionem supra dicte tamqm pro et animaru
salute proficuo opere consssm et assm curas prebe ancte
q ura ordinaria auctoritate decima q sexaginta maiorum
in dicta villa A mansis sive avu quod ipe et sui succe
in dicta villa A pro tpe coluerit sive laboraverit in dicto
mo sexagenario computat mense nostre epalis et nostrā
p sustentacon rectores ibid pro tpe existent pro salute nostra
et successoru nostrorum perpetuis tpibus eidem eccle donar et
dar villas q supra tactas sive homines utriusq sexus i eisd
comoran videlicet ipaz villa A et N. B. A nomine et iure
parrochie hmoi attribuere seu adiungere pie dignaremur Nos
vero divinu cultu i nostris tpibus et deposit cupiend et volend
auge ac pericula animaru salute prout ex debito officii
nobis comissi tenemur et sumus astricti in nostra dioc qn
tu possumus domino opitulante obviare et providere hmoi eccle
sic fundatam et tenore presentiu fundamus donacionē q dictorum ma
iorum ac decime p dictum N facta approba et dicte eccle et rec
toribus ipius qui p tpe fuerit incorporam et reservamus Et ut
ipa ecclia in suis iuribus libera et indistructa pmaneat in
futurum et integra Rector q qui sibi preerit p tpe comodius
sustentari et cultu divinum eo liberanus et ferventius valeat
et possit exarare ipas villas ut permittur quas adeo et ab
alijs eccliis ex certa scientia et diligenti inquisicon di
dicimus et particimus pridicte remote dictus q homines utriusq
sexus in eisd inhabitan ad officium divina audiencia et

Ecclesia sacramenta percipienda commode adire ipsas accedere non po-
terant Et ut sepius in baptismo paruulorum et penitencia ac alia
ministracione sacramentorum aliquando negligebant Et sic eciam ip-
sorum tempore premissa prochdolor et per frequencius dispendium
imminebat et solebat imminere Et quia eciam ex confusione
Rectoris de B. c. d. coram nobis presentium Et quod ecclesiam
Citari fecimus ad allegandum causam et causas racionales
si quas haberent quare huiusmodi ville ad ecclesiam in w. tamquam
ad propinquiorem non debeant iure parrochiali adiungi et ad di-
cendum de iure si quod in dictis villis et incolis ipsarum ha-
berent premissa incomoda et distancias prout coram nobis ex-
posita fuerint non esse nec dictos Rectores de B. c. et d.
aliquam causam racionabilem vel de suo iure quicquam docere cu-
rantes inuenimus huiusmodi periculis animarum occurrere ac incom-
modis dictarum incolarum villarum predictarum prouidere cu-
pientes predictas villas a B. c. d. ac incolas et inhabita-
tores ipsarum quorumcumque sexuum ad dictam ecclesiam in w. et ad
ipsius Rectorem pro parte posterum tamquam ad proximiorem iure
parrochiali et per parrochia tam ex nunc et in antea ac futuris
temporibus exercendis secundum iuris dispositionem decreuimus et exime
decreuimus Committentes nichilominus ac tenore presentium committimus
Rectori dicte ecclesie in w. qui fuerit pro tempore et nulli alteri de dic-
tis villis ac incolarum et inhabitatorum suorum ipsarum quorumcumque
sexuum curam animarum ac administracionem ecclesiasticorum sacramentorum
et aliorum iurium parrochialium Regimine ac ipsis incolis seu in-
habitatoribus ipsarum quorumcumque sexuum inhibentes ne alibi quam
in dicta ecclesia in w. et Rectori ipsius pro tempore sacra ecclesia-
stica iura parrochialia quecumque percipiat vel percipere presumat
Volumus tamen et presentibus ordinamus quod Rectores dicte ecclesie
in w. qui fuerint pro tempore pro solucione census beati petri
apostoli camere debiti cum Rectoribus ecclesiarum ad quas dicte
ville iure parrochiali per ante spectabant pro ut inter se ordina-
uerint vel inter ipsos arbitratum fuerit singulis annis concurrant
Et ut consolacionem spiritus sancti et sanctorum omnium suffragia
in quorum honore dicta ecclesia in w. fundata existit obtinere
valeamus de consensu fratrum nostrorum capituli nostre ecclesie
ipsorum quod tunc in Crastino beati Marci concessimus [illegible]

dicte nostre ecclesie die data contra in Pozn celebrauimus gal-
decimas nostre mense Apalis et ad nos spectantes in dicta villa
N. de Sexagintamansis agrorum et quos idem R. et sui successores
heredes qui pro tempore fuerint ibidem pro sua curia excolent sine
arabunt cum libera antique mansis computatis dicte ecclesie in
N. et Rectoribus suis pro tempore donamus damus et perpetue as-
cribimus Insuper volumus et presentibus Rectores dicte ecclesie
in N. qui fuerint pro tempore obligamus Quod nobis in humanis
agentibus quatuor vigilias in quibuslibet quatuor temporibus anni
perpetuis et nobis vita functo vna in anniuersario nostro mortuorum
singulis annis et temporibus perpetuis missas in dicta ecclesia pro
nobis et nostras sicut ecclesie Pozn legittime consuetudinibus ce-
lebrabunt super quo conscientias ipsorum oneramus In cuius rei testimonium
Sigilla nostra et capituli nostri predicti maioris presentibus sunt appensa

Relacio Cimiterii Relaxacio Cimiterii

Stanislaus etc Discretis viris etc Salutem in domino etc licet
N. et N. kmetones ibidem de diabolico instinctu inflati se
in cimiterio dicte ecclesie capillarunt et maxillarunt citra tamen
effusionem sanguinis et acriorem lesionem propter que iuxta canonicas
sanctiones ipsum cimiterium violauerunt penas sacrorum canonum
contra tales promulgatas miserabiliter incurrendo Et quia dicti
N. et N. inculpabiles vero culpabilis reperti sunt N. pro
satisfaccione huiusmodi penarum nobis traditus sive representatus exi-
stat Ideo ne insontes cum hoc puniantur dictusque N. ut prefertur
nobis presentatus tamquam culpabilis existit dictumque cimiterium
propter huiusmodi violacionem interdictum tenebatur Quare vobis mandamus
quatenus dictum cimiterium relaxatum nuncietis Quod et nos tenore presen-
cium relaxamus et relaxatum nunciamus inhibentes corpora mortu-
orum sepeliendo et alias solemnitates prout debet in dicta cimiterio
facien Datum Cracovie

Relaxacio Interdicti contra violacionis ecclesie vel iniectionis manuum in Clericum

Stanislaus etc Discretis etc Salutem in domino etc Dudum propter
violentam iniectionem manuum in presbiterum et violentas ecclesie
sive loci sacri ibidem in N. per quosdam nepharios perpetratas
super hoc premissa matura deliberacione premissa probacione

q[uod] sufficientibus receptis parrochialem ecclesiam parrochie ibidem in q[ua]
supposueramus et subieceramus ecclesiastico interdicto i[n]
tamdiu donec iuxta disposicionem statutorum provincialium ecclesie
pena violatoris et personis lesis fieret pro offensa satis
factum. Verum quia pro ipsa violacione ecclesie et offensa per
sonarum caucionem satisfaccionis recepimus, ideo huiusmodi nostrum
interdictum tollimus et relaxamus in cristi nomine in hiis scriptis
mandantes vobis quatenus sublacionem dicti interdicti in ipsa ecclesia
parrochiali publice nunciatis et intimetis divina officia in eadem
ut prius resumentes. Corpora vero defunctorum si que ad sac
ra loca occasione huiusmodi interdicti fuerint tumulata exhuman
tes in locis sacris cum orationibus psalmis et aliis ceremo
niis solitis aqua benedicta primitus aspersa tradatis
ecclesiastice sepulture. Datum

Donacio decime pro serviciis per capitulum de con sensu capitali facta ad peticionem alicuius

Constanti discretis viro N salutem et graciam. Tue devocionis
obsequia alia quam laudabilia et virtutum merita super quibus
apud nos fidedigno testimonio commendaris necnon consideratis
et inspectis venerabilis viri et fidelibus serviciis que nobis
et ecclesie nostre pro tempore exhibuit et exhiberi et adhuc
exhiberi non desistit et ad exhibendum se offert auctore domino
in futurum promptum benivolum et paratum, cum pro te nobis
super hiis humiliter supplicavit, nos provocant et inducunt ut
tibi ad graciam reddamur liberales. Horum igitur meritorum et obse
quiorum ac pro te factarum nobis supplicacionum intuitu tibi
facere volentes graciam specialem de unanimi consensu et voluntate
venerabilium virorum dominorum fratrum nostrorum capituli nostri die dato
presencium in capitulo generali capitulariter congregatorum tibi de
cimam mense nostre capitalis et nostram in villa N dicta ad
tempora vite tue tantum tenendam habendam utifruendam percipiendam
exigendam levandam pacifice et quiete possidendam tenore presen
cium damus et concedimus ac de hac providemus per presentes
misericordie et gracie. Volumus tamen et te presentibus obligamus
ut singulis annis quibus vixeris pro salute et sal
vacione animarum predecessorum nostrorum et nostra singulis quar

temporibus cuiuslibet anni vigilias mortuorum ac missas per te vel per alium idoneum dicas et officias nulla in premissis negligentia committendo super quo conscientiam tuam oneramus hoc tamen adiecto adiecto quod te de medio sublato prefatum decimam cum omnibus et singulis suis pertinentiis que per ante in eadem fuerunt ad nos et mensam nostram et successorum nostrorum sine quavis difficultate libere revertantur In cuius rei testimonium

Auctoritas nobili concessa audiendi missam in domo propter infirmitatem a nobis concessam

Georgius etc. Nobili A. heredi in S. et consorti sue ... nostre diocesis salutem in domino Propter infirmitatem uxoris tue prefate votis tuis annuentes tibi et dicte tue consorti cum omni familia utriusque sexus duntaxat domestica missam in domo tua in loco mundo, secreto honesto et tuto prius aqua benedicta asperso excommunicatis et interdictis seclusis dummodo etiam dicta et alius locus non sit suspectus ab homine et a iure audiendi sine tamen preiudicio ecclesie et iuris parochialis ad quam spectas concedimus facultatem Itaquod diebus dominicis et festivis ecclesiam parochialem pro divinis audiendis iuxta decretum sanctorum canonum accedas et divina prout devotionem tue expedit audias cum tota familia predicta non obmittas presentibus usque ad conductum pasche proxime nunc venturum Datum

Auctoritas nobili eligendi confessorem

Stanislaus etc. Nobili puro domino N. heredi in C. salutem in domino Zelo tue devotionis benigniter inclinati tibi tenore presentium indulgemus ut liceat tibi cum familia tua totiens aliquem presbiterum ydoneum et discretum in confessorem eligere quem ad hoc duxeris eligendum sibique de omnibus peccatis tuis puro corde et contrito confiteri cuiquidem presbitero te absolvendi et pro modo culpe penitentiam salutarem iniungendi exceptis casibus nobis a iure reservatis puta incendiorum manifesti usure homicidii voluntarii sacrilegii raptoris bonorum ecclesie et percussorum clericorum iuxta tenorem presentium usque ad conductum pasche proxime venturum concedimus auctoritate Datum etc.

Auctoritas plebano audiendi parrochianorum confessionem

ut supplicacionibus per te nobis oblatis prout animarum saluti ac earum providua so-
licitudine considerare cupientes. Tibi

Stanislaus etc. Discreto [illegible] plebano in [illegible] salutem in domino. De discrecione et sollicitudine tua plurimum in domino confidentes ut homines utriusque sexus duntaxat parochie tue eciam in casibus nobis a iure reservatis preter incendiarios manifestos usurarios, homicidas voluntarios, ~~absolvere et pro modo culpe~~ sacrilegos, bonorum ecclesie raptores et clericorum violentos oppressores ecclesiarum possessores absolvere et pro modo culpe salutarem penitenciam valeas iniungere. Insuper liceat tibi presbiterum ydoneum et discretum in confessorem eligere qui de peccatis que sibi corde contrito confessus fueris, eciam in casibus nobis a iure reservatis, absolvere possit et valeat. Tibi tenore presencium usque ad conductum pasce plenam concedimus facultatem. Datum

Privilegium dotacionis ecclesie per Nobilem facte

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Stanislao dei gracia episcopo Poznaniensi aut ipsius in spiritualibus vicario Nicolaus Bodzatha heres in [illegible] ac Agnes legittime conthoralis eius pueri reverenciam debitam et honorem. Reverendissime in Christo pater et domine domine graciose. Cum a nobis rebus temporalibus [illegible] sed ea que in terris [illegible] que multiplicato eterne retribucionis fructu [illegible] colligere valeamus in celis, Ideo animo deliberato pro remedio predecessorum nostrorum et nostrarum ac successorum nostrorum salutis ac evitando pericula et dampna gravia que incole ville nostre predicte propter longam loci distanciam ville [illegible] vocate ad ecclesiam plebanam pro ministrandis et percipiendis ecclesiasticis sacramentis incurrebant et sepius [illegible] sacramentorum ecclesiasticorum negligebant, Ecclesiam parochialem in predicta villa nostra ad honorem omnipotentis dei Assumpcionis beate Marie virginis [illegible] eciam a quampluribus annis retroactis fundata fuerat pro [illegible] ecclesia sed malicia temporum exigente demum deficiens toto cordis nostri affectu et devocione de novo [illegible] fundari et erigi petimus. Et ut rectores eiusdem qui pro tempore fuerint eo attencius quo uberius fuerint bonis temporalibus sustentati vacare et intendere diligencius et operosius ad ecclesiam et [illegible] valeant. Omnibus et singulis eiusdem ecclesie Rectoribus presentibus et futuris iure perpetuo et irrevocabili nomine dotis unum mansum agrorum liberum duas marcas monete currentis de dicta villa [illegible] Tabernam liberam de qua nomine annui census singulis annis sibi media marca solvetur. Unum ortulanum qui solvet sex grossos annis singulis. Item qui dicitur [illegible] super ecclesiam omnibus

Hereticos ac vagos religiosos alios quos casus in statutis provincialibus et sinodalibus per nos editos et excessus [illegible] cum [illegible] qua te fungi volumus in hac parte confessione eorum audita absolvere.

et singulis pertinentiis ac plenis iure et omni dominio eiusdem
lacus eorum circa villam Sonno nuncupatam prout longum latum
consistit Tres insulas in quarum qualibet potuit coli agri esti
uales et hiemales ad exterminacionem terminorum mansorum eorum
ad pascuis communibus pro pecoribus et pecudibus plebeorum
pinctum et futurum ac silvis nemoribus et mericis ac
eorum ecclesie farene de molendino sito in Sonno in quali sep
tiana dedimus et donavimus donamus que et damus per presentes pro
Rectores eiusdem ecclesie presentes et futuros omnes singulis ac in
perpetuo tenendas habendas percipiendas et conservandas libere que tute et
quiete et pacifice possidendas temporibus perpetuis et in eternum
Ut igitur tante nostre donacionis prodigia medijs clarescat in
signijs et felicibus emineatur auspicijs Nos Rondzatha et Ag
nes nostro et heredum nostrorum nominibus ... supplicamus De
uotas per presentes Ecclesie ... hanc donacionem nostram auctoritate
ordinaria auctorisare ratificare confirmare et applicare dicta
que bona talia sunt permittitur donata et data in vsus perpetuos
beneficij ecclesiastici incorporare ad eandem ecclesiam dignemini Ita vt
gaudeat privilegio et libertate ecclesiastica quod eisdem exigendis
et repetendis totiens quotiens nobis fuit ad spiritualem dicte et
sua licentur retrorsus cum nos heredes que nostros submittimus
sponte et libere presentibus In quorum testimonium presentes nostras litteras
scribi et nostri sigilli iussimus appensione communiri Actum et Datum

Erectio eiusdem ecclesie pro qua petitur supra

In nomine domini amen Nos Andreas dei gratia etc Notum fieri
volumus vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris presentiam
noticiam habituris Quod Nobiles viri domini N. de N. vna cum
filijs suis Rebus maiber nolentes presentie ... ea operar
terris quorum fructus presentes in ecclesie ac ... qui ...
sed pro ... sua Saluti que sue et progenitorum suorum
securius volentes occurrere et ad euitandum futura pericula quam pre
latarum consideracionem propter longam distanciam ecclesie parrochie
sancti ... aut ... cum ... parrochi subiacebat ac ...
distancia propter que ex incursu hostili idem ... quos
lesiones et dolores compassionem ... Et causa ...
aquarum ... tempestate villa ville predicte . ecclesiarum
sacramentorum procuracionem fuerint neglecti possent eiusdem ecclesiam

parrochie in N. nostre dioc. ad honorem omnipotentis dei et speciali
sub titulo et vocabulo gloriose virginis beate marie pro
affectu ducti zelo quoque devotionis accensi erigi et fundari multis
desideriis desiderabat pro rectore quoque eiusdem ecclesie qui pro
tempore fuerit ac ipsius sustentatione de bonis ipsius a deo
collatis prout in privilegio cuius copiam hic inseri decre-
vimus in dote et titulum eiusdem ecclesie bona in perpetuis temporibus
possidenda tenenda et habenda Supplicantes nobis humiliter et devo-
te tamen ex causis predictis dictam ecclesiam in N. erigere
et fundare ac donationem supradictam tamquam pro earum salute
operi proficuo confirmare ratificare et approbare modo pro-
nostra ordinaria auctorizare dignaremur Nos itaque divini
predicti divini cultum nostris temporibus et ex post cupientes et
volentes augeri et periculo salutis animarum prout ex debito
nobis divinitus commissi officii tenemur et summus astricti
in nostra dioc. quantum in deo possumus obviari et providere
recepta primus super premissis informatione sufficienti quod homines
utriusque sexus eiusdem ville inhabitantes propter loci distantiam
viarum discrimina et aquarum inundationem officia divina audi-
enda et ecclesiastica sacramenta percipienda commode ad ipsam accedere
non poterant et sepius in baptismo parvulorum ac copula
et alia procuratione ecclesiasticorum sacramentorum negligebantur
Et sic anime ipsorum propter premissa pericula frequentius dispe-
dium incurrebant et solebant incurrere huiusmodi ecclesiam fundavimus
et tenorem presentium fundationis dotationem quoque per dictum N. v. factam
approbamus et dicte ecclesie eiusdem rectoribus qui pro tempore
fuerint incorporamus iuspatronatus predicto v. et suis successo-
ribus quotiens casus vacationis occurrerit reservari Quodque vil-
lam villarum N. et de iure parrochiali eiusdem ecclesie taliter per-
mitti per nos fundate subiaceat et a rectoribus eiusdem qui
pro tempore fuerint ecclesiastica percipiat sacramenta propterea ex quo
discretus vir rector parrochialis ecclesie sancti N. coram nobis
et Sta W. de N. notario publico et honorabilibus viris
dominis Iacobo de N. etc. et aliis quampluribus testibus ad id
specialiter vocatis constitutus iuramento nobis corporali per ipsum
prestito et per nos recepto quod non dolo fraude aut colore

tenus

ad infra scripta

ad infrascripta consenserit Ab onere et procuracione institucionis
villarum predictarum se exonerare et exonerare cupiens pro
meliori sustentacione ecclesie predicte ac Rectoribus qui pro tempore
fuerint vtiliti et ppetati in decimis aratur predicti domini v. in
predys ac fertonibus villarum suarum E et B prouenire
solitis renunciauit Et predicte ecclesie in E sive eius Rectoribus
pro tempore existentibus appropriari annecti et ascribi inbursari et in
corporari perpetuis temporibus per ipsos hinduz tenendas possidendas humiliter
supplicauit Nos vero nos supplicacionibus suis vtpote iustis et iuri
et racioni consonis annuentes et consencientes decimas predictas post
aratuas et predia kmetonum eiusdem ville et domini v predicti
ac fertonum prouenire solitas eidem ecclesie nouiter fundatae suisque
Rectoribus pro tempore existentibus auctoritate nostra ordinaria appropriamus
annectimus ascribimus incorporamus et inuisceramus Tenore
presencium mete dudum in eisdem decimis sive fertonibus vobis ...
non sit aliquod ius quesitum Et nobis mensequi nostre Episcopali
per hoc preiudicium irrogetur Volentes et Tenore presencium decer
nentes vt donacio et dotacio aliaque omnia et singula premissa
priuilegio libertati et immunitati ydemptitati que ecclesiarum
subiaceat Quodque pro eisdem tociens quociens necesse fuerit
ad forum spirituale habeatur pro singulis repetendis et exigendis
recursus Et Rectores dicte ecclesie dictam ecclesiam pro tempore existentes
ab omnibus solucionibus prestacionibus et exaccionibus quibus
cunque nominibus censeantur sint soluti liberi et exempti Te
nor vero priuilegy donacionis sive dotacionis huiusmodi per
omnia sequitur Et est talis

Reuerendissimo in christo patri domino Stanislao dei gracia Episcopo Poznaniensi
N. de B cum filys suis debitam Reuerenciam cum promptitudine famulatus
Reuerende pater domine gracioso Cum a deuocionis zelo in amore vestri
genus glorioso Si tamen in regimine et imparitu celorum reparatoris
ad huiusmodi gradus propensiori cura et attencioris famulatu fi...
tutis obsequia et seruicia cupientes vt ipsius effulgitati ... ...
... ... ianua attingere valeant ecclesiam in eius honorem quam

domus concedens consecrari et erigi ac fundari huiusmodi petivimus
ad salutem animarum nostrarum et successorum nostrorum eidem ecclesie
bona temporalia pro sustentacione decentiori Rectorum in eadem exi
stencium annectimus et damus primo duas marcas census
annui in villa B Item damus mediam marcam domino plebano
pro tempore existenti in ecclesia predicta pro eiusdem subsidio Item or
tum unum Rectori pro tempore existenti et alium suo clerico et
pratum quod iacet retro habitacionem suam [illegible] in loco
tali [illegible] semita que ducit ad latus a dextris [illegible]
mittes Item ligna pro igne ubi soli recipiendi Item unum
mansum agri qui iacet in tali loco [illegible]
cumulis per predictos [illegible] dignemini fun
data et dotata ascribere et annectere Rectoribus [illegible] parte
omnibus ministrare dignemini premium pro hiis et
aliis beneficiis ab altissimo mercede sue gracie recepturi

Citacio contra plebanum qui divagatur ab ecclesia sua

Stanislaus etc. Discretis viris etc. Salutem in domino Constitu
tus coram nobis personaliter N heres de K patronus ecclesie pro
ibidem in K cum querela exposuit Quod N Rector dicte
ecclesie in K non obtenta a nobis licencia iam per longa
tempora in dicta sua ecclesia et circa ipsam non residet sed
ab ipsa absentatur et divagatur curam animarum sibi com
missarum et christifideles in administracione ecclesiasticorum sacramentorum
dictarum animarum suarum et christifidelium non modicum in periculum
negligendo et nobis cum debita instancia pro remedio in
premissis adhibendo supplicavit Nos vero tam dicti nobilis
N. monitis quam eciam officii nostri pastoralis debito exci
tati ac huiusmodi periculis remedia adhibere prout tenemur
volentes vobis et cuilibet vestrum in solidum tenore
presencium committimus et sub excommunicacionis pena mandamus quatenus
prefatum N personaliter si eius personam comode attingere poteritis
et quibus vestrum attendens alias in dicta sua ecclesia et in
dote ipsius coram parochianis christifidelibus publice et alta ac
intelligibili voce citetis quem et nos tenore presencium citamus

vt coram nobis die tali si ipsa dies Juridica fuit alias
die Juridica immediate sequenti · vel vbi tunc in dote no
stris constituti fuimus peremptorie compareat ad dicendam causam
racionabilem et excusandum se quare circa predictam suam ecclesiam
residere et pro negligencia commissa condigne puniri non debeat
certificantes ipsum quod et quos certificamus per presentes quod si
in dicto termino non comparuerit nec causam racionabilem sue absencie
allegauerit nec se legittime quare secundum sacrorum canonum sancc
ciones pro negligencia commissa puniri non debeat excusauerit
Nos extunc seruatis seruandis contra ipsum eciam ad priuacionem
ecclesie huiusmodi oportunam domino procedemus

Inuestitura ad canonicatum

Stra. etc. venerabilibus et honorabilibus viris dominis preposito decano
ceterisque prelatis et canonicis ecclesie nostre pozn. prefate
ad quem vel ad quos receptio et admissio canonicorum in
ipsa nostra ecclesia spectat et pertinet quem et diuisim salutem
in domino quem si · apponatur sicut alias in capitulo et prout in canonico

Inuestitura ad altare fundatum de nouo

Stra. etc. discreto viro etc. Cuius de altari nouiter pla
tacionis in dicta nostra ecclesia pozn. sub titulo beati mathie
apostoli et certe in capella sancti leonardi confessoris gloriosi
situato per nos erecto dilectum nobis in xpo a n de c canoni
cor ad presentacionem venerabilis in domino N de corka canonici poz
et canonici ecclesiarum et per eum fundato et dotato per nostre ma
capituli sui pozn. inuestiuimus et inuestimus per presentes curam animarum
si que eidem altari est anexa administracionem spiritualium et temporalium
bonorum eiusdem altaris sibi committendo Quocirca vobis in virtute
sancte obediencie et sub excommunicacionis pena mandamus quatenus dicto N in
possessionem corporalem actualem et realem dicti altaris assignetis
et ipsum inducatis de eoque faciendo sibi de omnibus et singulis
fructibus redditibus prouentibus censibus decimis et obuencionibus

Annuis quibuscumque nominibus censeant a censuariis et redditiariis effectualiter respondere et integre dat etc.

In procuratorio ad recipiendum Investituram etc. et quo ad fa.

In nomine domini Amen Sub anno etc. In meique notarii publici constitutus personaliter discretus dominus N. rector ecclesie parrochialis in villa ecclesie dicte diocesis omnibus melioribus modo via iure forma stilo et consuetudine quibus melius potuit et debuit fecit constituit et solempniter ordinavit suum verum certum ac indubitatum procuratorem actorem factorem negociorum et suorum gestorem honorabilem virum dominum N. etc. presentem dicte diocesis absentem ad petendum acceptandum et recipiendum nomine ipsius constituentis et pro ipso conferre investituram et confirmacionem a Reverendo in Christo patre etc. vel eius vicario in spiritualibus constituto de ecclesia parrochiali Sancte Marie in S. predicte diocesis presentem per veram et liberam seu voluntariam commutacionem predicti domini N. constituentis de ecclesia eius honorabilis domini N. de S. rectoris parrochialis ecclesiarum vigore presentacionis Serenissimi principis et domini domini Sigismundi presentem per ipsum dominum ducem in personam prefati domini Iohannis constituentis facte eundem dominum N. constituentem presentandum ad recipiendum manutenendum intrandum et subeundum corporalem possessionem et investituram ecclesie predicte ad iurandum in animam ipsius domini Iohannis constituentis de obediencia filiali et fidelitate ac statuta et consuetudines ecclesie predicte observandum et tenendum necnon ad regendum gubernandum protegendum ipsam ecclesiam in S. ac omnia et singula bona ipsius ecclesie mobilia et immobilia disponendum ordinandum ac eciam in omnibus et singulis suis negociis magnis et parvis sibi contra quascumque personas ac per ipsum quibuscumque personis spiritualibus vel secularibus coram quocumque iudice spirituali vel seculari motis vel movendis Et generaliter omnia et singula faciendum gerendum ordinandum et exercendum que circa premissa et quodlibet premissa fuerint necessaria et opportuna eciam si mandatum magis speciale requirerent Promittens idem dominus N. constituens se ratum gratum et firmum tenere habere et inviolabiliter observare quicquid per dictum suum procuratorem actum factum etc. ordinatum fuerit in premissis et quolibet premissorum sub omni honore suorum mobilium et immobilium ypotheca Super quibus omnibus et singulis

Quia predictus procurator constitucionem presentis ducam ra-
tificamus promissionem omnibus et aliis et singulis etc.

Instrumentum Resignacionis beneficii per procuratorem facte in manibus Ordinarii aliquando

Constitutus personaliter discretus vir Rector ecclesie parrochialis in P
ploczensis dioc. procurator et procuratorio nomine honorabilis viri domini S
Cancellarii ad renunciandum resignandum et renunciandum dictam suam
ecclesiam quam obtinebat in dicta ploczensi dioc. in manibus Reverendi
patris domini N. episcopi ploczensis coram me notario publico infrascripto
et testibus fidedignis constituto sanus mente et corpore et
ceteris spiritu existens non vi coactus non compulsus nec aliquo errore
circumventus sed ut dicebat animo suo matura deliberacione prehabita
Cancellariam ac omnes et singulos fructus redditus et proventus
ipsius publice per expressum in manibus dicti Reverendi patris
domini N. episcopi ploczensis resignavit et renunciavit ac omne ius
quod dicto S in ipsam Cancellariam et ad ipsam quomodolibet spectabat
et pertinebat cessit nomine ipsius domini S et nomine ipsius procuratorie
simpliciter et publice ac de plano renunciavit et admitti per
dictum Reverendum patrem ad omnem instantiam postulat. Quas quidem
Renunciacionem Resignacionem ac Cessionem dictus Reverendus pater
ratas et gratas suscipiens et easdem ipsas suscepit et admi-
sit approbavit et assumpsit Recepto tamen primum ab ipso procuratore tactis
corporaliter sacrosanctis evangeliis quod in huiusmodi resignacione renunci-
acione ac cessione dolus fraus vel aliquis malus tractatus
vel aliqua macula symoniaca pactio non intervenerunt corporali iuramen-
to super quibus prefatus Reverendus pater petivit sibi

Aliud Instrumentum Renunciacionis beneficii facte per procuratorem in manibus Ordinarii ex causa permutacionis

Constitutus personaliter idem dominus S Cancellarius non compulsus
nec coactus sed diligenti animo suo et sincero ac matura delibera-
cione prehabita ut dicebat sanus mente et corpore et ceterorum
spiritu existens omnibus melioribus via iure modo forma
stilo et consuetudine quibus potuit et debuit sponte et libere
dictam suam ecclesiam sive officium Cancellarie ac fructus

Redditus et proventus ipsius quam obtinebat in dicta parrochia
Felici Fora me Notario publico ad hoc per Reverendum
in cristo patre et dominum dominum Jo. F. per misso et specialiter
deputato in manibus dicti Reverendi patris domini Jo. F. tamquam
locumtenentis licet absentis que tunc ipse B. canonicatum possidebat
ex certis causis et dicebat accedere non poterat Et in
persona dicti B. ex causa permutationis et alias quovismodo
iure forma et stilo fieri posset resignavit et renunciavit
Quod huiusmodi canonicatum propter debilitatem corporis quam tunc patiebatur
Rege non voluit Cum quam quidem resignationem et renunciationem ad
noticiam dicti Reverendi patris domini Jo. F. voluit et mandavit deduci
ad effectum et ad finem ut de huiusmodi canonicatu secundum deum et libitum
voluntatis sue ipse Reverendus pater et prout sibi placeret et videretur
disponeret et ordinaret Et nichilominus ad maiorem cautelam
et ut premissa omnia et singula suum debitum sorciantur effectum
Et ad presentiam dicti Reverendi patris devenire discretum Jo-
annem et omnibus in se procuratoris sponte suscipientem fecit et
posuit constituit et ordinavit suum verum et legitimum pro
curatorem et indubitatum generalem et specialem Ita quod generalitas
specialitati non deroget et econverso ad resignandum et renun
ciandum ex causa permutationis vel simpliciter ut prefertur et
meliori modo quo de iure potest dictam suam canonicatum seu
officium canonici ac fructus redditus et proventus ipsius
in manibus dicti Reverendi patris domini Jo. F. per tamquam locumtenentis
si et contingat dicta sua renunciatio et resignatio de qua
supra ad dicti Reverendi patris domini Jo. F. noticiam non fuisset aliquo
modo deducte non deduci neglecte dans et concedens dicto
suo procuratori plenum mandatum ac liberam et omnimodam fa
cultatem huiusmodi canonicatum ac fructus redditus et proventus
ipsius in manibus dicti Reverendi patris in persona dicti B.
vel alias quotiens modo legitimo et canonico denuo si necesse
foret Et si huiusmodi prima sive predicta renunciatio ad noticiam
dicti Reverendi patris non devenerit sive non fuisset deductum resignandi
et renunciandi necnon prestandi iuramentum licitum et in talibus
fieri consuetum Et quod in huiusmodi resignatione aliqua symonia
pravitas dolus fraus vel aut aliquid malum tract

condicio vel pactum non intervenerint in manibus dicti R. p. re
alis sibi nec tradens quoadeus videbitur expedire nomine dca
consilii et in actu sua tracturi. Et generaliter omnia et singula
circa premissa et quodlibet premissorum necessaria et oportuna di-
cendi et exercendi et ipsemet consilius faceret diceret tractaret
et exerceret si premissis omnibus vel quolibet premissorum interess-
Rata grata atque firma mihi Notario publico solempniter sti-
pulanti vice omnium quorum interest tenere habere et inviolabiliter
observare promittens quecumque per dictum suum procuratorem acta
facta disposita gesta et ordinata tractata et procurata
fuerint in premissis et quolibet premissorum sub obligacione suorum bonorum
mobilium et immobilium ypotheca. Super quibus omnibus

Citacio contra usurarios usuram asserentes non esse peccatum

Bronislaus Dei gratia etc. Discretis viris etc. Cum usuraria pra-
vitas et omnis species ipsius tam divina quam canonica lege
existit prohibita. Creta veritate que nunc transit [illegible] orbi
materna deliberante permanet. attestante. Mutuum date nil
inde sperantes. et usuram non esse peccatum. asserentes talesque hereti-
canta sanctorum disponentes sint puniendi. Et quia N. et N.
hereticos de C et nonnulli alii complices ipsorum ut ad
noticiam nostram manifestis clamoribus pervenit publice et notorie
huiusmodi usuras exercere et peccatum non esse asserunt contra huiusmodi
divinas et sacrorum Canonum prohibiciones presumunt immutaciones
vel sex gr. et certo tempore [illegible] pro huiusmodi recepcione per modum
exemplum perfidelibus prebentes. Et animas ipsorum et aliud sim-
plicium illaqueando. Cum non est dubium ipsos scrupulo
heretice pravitatis non carere penas quoque sacrorum Canonum contra
tales promulgatas merito incurrere. que animo dissimulato
aut aliqua transgressione transire non valeamus. Quocirca vobis
in virtute sancte obediencie Et sub excommunicationis etc. ad finem

Monicio Contra Usurarios

Cum etc. Discretus etc. Salutem in domino etc. licet tam ce-
terarum quam veteris testamenti auctoritas dissona [illegible] Canonica
voragine ac pravitate usurarum que aliquos et honeste
vivere et laboribus homines retrahunt et ad ydolatrie inclinant

Induat sbas exhauriat detestatur et dampnat dicte domino
mutuum date nichil inde sperantes Propter que iuxta ca
nonicas sanctiones ipsi auariti vsurarii manifesti ad oblacionem
altaris Nec ad communionem corporis christi Nec ad sepulturam
ecclesiasticam admitti nec absolui nisi satisfaciant de omnibus
vsuris iuxta facultatem ipsorum fieri debent Testamenta
eciam ipsorum vsurariorum ipso facto sint nulla. Damus ergo ipsis
vsurariis ad exercendum vsuras locum dant et mutuant ex
sunt ecclesiasticis plectendi et aliis penis puniendi Tamen
N. et M. de o. predictam non aduertentes dictis ergo voragine
et cupiditate excecati in animarum suarum periculum Christi
et ecclesiae auctoritatem vilipendentes crimine et prauitate vsu
rarum inuitare prout veridica informacione et inquisicione
canonica accepimus exercere non formidant nec verentur Quare
predictam officio pastorali exercitari dissimulare non
volentes vobis et cuilibet vestrum sub penis institutis
immediatlibus contentis precipimus firmiter et mandamus quatenus
dictos N. et M. personaliter accedentes et demum in ecclesiis
parrochialibus in quibus diuina officia audiri et sacramenta
ecclesiastica percipere solent coram multitudine cristifidelium pro
neatis et quemlibet eorum moneat quos eciam nos tenore
presentium monemus vt infra sex dies a die monicionis
per vos ipsis et cuilibet ipsorum faciende ab exercicio huiusmodi
criminis et prauitate vsurarum cesset nec ipsum exinde exerceat
de exactis ergo vsuris non satisfecerint Nec ab exercicio ipsorum
omnino et diutissime vt prefertur cessauerint nec se de premissis
coram nobis legittime excusauerint Nos dictis sex diebus elap
sis quorum quatuor proprio termino pro secunda et reli
quos sex dies pro 3a et peremptorio termino ac trina canonica
monicione ipsis assignamus exnunc ipsos et quemlibet ipsorum ab
oblacione altaris et communione corporis christi ac sepultura ecclesiastica
amouemus et alias penas in sacris canonibus et statutis provin
cialibus contentas incurrisse in hiis scriptis denunciamus Quos et
vos vestris in ecclesiis diebus dominicis et festiuis coram
multitudine cristifidelium amatos et sentencias ac penas incur
risse supradictas publice nunciate Tamdiu premissa exse
quendo quousque de premissis et quolibet premissorum satisfaciat
a nobis aliud habuerint

Citacio contra obstinatos confiteri nolentes

Albertus dei gracia etc. Discretis viris etc. Salutem in domino. Cum et maxime
etc. cum inter alia sacramenta ecclesiastica sacramenta penitencie et
eucharistie sacramenta christifideles magis efficaciter digne su-
mentibus et agentibus conferunt per penitenciam enim homo a peccato
abluitur ecclesie restituitur Christo reconciliatur sanctus spiritus donis
spiritualibus ditatur et filius dyaboli dei filius efficitur paradisus
celi ianue patescunt ipsa eciam penitencia angelos letificat
impium iustificat peccata mortificat amissa bona renovat
penam eternam vitat. Sic eucharistia sive corpus Christi est
egrotis medicina peregrinantibus vita viaticum cibus debiles
confortat valentes letificat languorem sanat sanitatem
servat ex ipsius enim participacione fit homo mansuetior ad cor-
reptionem pacientior ad laborem ardencior ad amorem sagacior ad
cautelam ad obediendum promptior et flexibilior ad salutem et
vacior ad graciarum actionem deo agendam devocior. Proinde sancta
mater ecclesia provide et salubriter instituit quod omnis utriusque
sexus fideles postquam ad annos discrecionis pervenerint
saltem semel in anno omnia peccata sua fideliter confiteri et
penitenciam iniunctam ac fructus ipsorum pro qualitate culparum in-
positam propriis viribus adimplere et corpus Christi ad minus in
pascha sumere debeat alioquin et vivens ab ingressu ecclesie
removeatur et a cetu fidelium tamquam infamis fiat penitus
alienus et moriens ecclesiastica careat sepultura. Quia tamen
de [illegible] et [illegible] de [illegible] non advertunt et salutem ipsorum immemores
obstinati in errore cor saxeum compluitorum propter hoc ne-
queunt emolliri sancte matris ecclesie mandata contempnunt
non sine periculo animarum suarum et scandalo plurimorum christifidelium
huiusmodi sacramenta penitencie et eucharistie sine causa racionabili [illegible]
sumere sicut relacione veridica informati per multos annos [illegible]
sumere ac peccata sua confiteri neglexerunt et negligunt et [illegible]
ipsorum neglexit et negligit. Quare premissa sub dissimulacione
amplius preterire non volentes ipsorum quam saluti subvenire ne in pro-
fundum abyssi per abrupta viciorum gradientes descendant pro ut
ex debito officii nostri obligamur cupientes vobis et cuilibet vestrum
mandamus etc. quatenus tu de [illegible] et de [illegible] tu vero et de [illegible] etc.

Personaliter accedere et demum de ecclesia parrochiali in qua audiunt diuina officia et sacramenta ecclesiastica percipere solet coram multitudine populi fidelium moneant et quilibet vestrum moneat. Quos et quas tenore presentium monemus quatenus infra octo dierum a die monitionis per vos fiende huiusmodi sacramenta quibus videlicet et eukaristia cessantibus tamen litteris et canonicis impedimentis que infra dictum tempus octo dierum suis plebanis reuelare teneantur et debent se parare et peccata sua fideliter confiteantur. Alioquin si infra dictum tempus octo dierum se non parauerint aut confessi non fuerint vel aliquam causam rationabilem reuelauerint aut allegauerint extunc ipsos et quemlibet ipsorum assignamus ab ingressu dicta monitione octo dierum premissa quorum duos pro primo duos pro secundo et reliquos quatuor pro tertio et peremptorio termino ac trina canonica monitione premissis et aliis ipsorum assignamus ab ingressu ecclesie et cetu fidelium et ab ecclesia sepeliantur amonemus in huiusmodi scriptis. Quos et quos et quilibet vestrum exponere amotos singulis diebus dominicis et festiuis vestris in ecclesiis publice et tamdiu quousque mandatis sancte matris ecclesie et nostris paruerint cum effectu et a nobis aliud habuerint in mandatis nuncietis. In cuius rei testimonium

Pro ecclesiarum releuacione circa concessiones indulgenciarum hec clausula ponitur

Inter omnia pia opera et sacrificia deo accepta maiori est preconiis extollenda liberalis et pia subuentio et elemosinarum largicio que preter[?] a christifidelibus pro reparandis casibus et ruinis ac supplendis defectibus ecclesiarum sanctarum dei et ipsa elemosinarum largicio in egressu anime a corpore in conspectu altissimi est contra impetum ac liuorem demonum et dracis turrigerum turris fortitudinis et propugnaculum fortissimum constituta. Cupientes igitur vt ecclesia tunc a christifidelibus tanto deuocius et sedulius frequentetur et pro ipsorum precibus elacionibus et opera suis defectibus et ruinis subueniatur etc.

Erectio ecclesie parrochialis [illegible]

In nomine domini Amen. Albertus Dei gratia episcopus [illegible] Ad perpetuam rei memoriam. Ex parte solicitudinis pastoralis disponere diuina licet immeriti vocati inuigilet circa ea que

saluti omni subditorum collimemus cura vigilanti pupilla Et sibi praela-
torum intendimus libenter remedijs prospicimus opportunis Cum itaque pro ut
zelo predecessorum loca contraria et fines dioc. nostre corpore perlustrando
quedam testimonijs probavimus Verum etiam eis non contenti visibus
proprijs circumspectis fluvium wisla cum profunda tumens quod latitudine
et lata et timida profunditas aperta in terra mazouie nullis
transiri pontibus nullis gressibus transvadari Semper vero semper
et singulis glaciacionis resolucionis ve ac inundacionis fluctua-
cionis quod eius fluvius temporibus nullis etiam satis periculosissimis
navalibus transfretari medijs et profluat inter villas v
B et ecclesias parrochiales in C preacriptas villas procul ab-
sunt et incolas earum qui ad ipsas ecclesias pro sacramentis ecclesiasticis
percipiendis et diuinis officijs audiendis veniebant impediebat et
accessu earundem Et insuper villae B et incole earum propo-
rciunate [illegible] Capellani alienis more ovium errancium [illegible] B C
[illegible] dioc. ecclesias a quibus etiam per longam ac siluarum paludum
ac [illegible] plena distantia elongaret [illegible] quantitate
Et satisfacere et racione adire cogebant ad diuina audienda et ecclesiastica
percipienda sacramenta Quo fit quod in eis spes vacillat fides et religio
claudicat christiana et caritas que multitudinem operit peccatorum refrige-
scat Nos nos pluribus animi conferentes et amplectentes vota et de-
siderium dilecti in Christo filij B heredis [illegible] in V qui de sua
suorum quod progenitorum salute recogitans Et volens terrena pro
celestibus felici commercio commutare ad cultum diuinum ampliandum de
bonis sibi a Deo collatis profundendo et habere in dote ecclesie parr-
ochialis erigende in dicta villa sua B unam sortem seu particulam terre dictam
[illegible] cum omnibus agris pratis campis lacubus riuulis fontibus rubetis
rubetis siluis borris gaijs densitatibus quercinetis [illegible]
ac pleno iure prout sors ipsa siluis et paludibus seu arundi-
netis est circumdata Item aliam sortem terre infra viam que ducit
[illegible] et inter [illegible] suam iacentem cum arboribus et vtilitatibus
omnibus que sunt et fieri poterunt in eisdem sortibus ac pleno iure
prout ad ipsum [illegible] in longitudine protense et latitudine extense
spectabat et pertinebat duos quod modios seu mensuras dictas
Czwerthnye siliginis pro annis et duos alios farine tritice
pro coquendis seu pistandis hostijs quorum sex medium et vnum
alterum ad tale festum Et residuum medium et alterum ad tale

Item atque vna urna ser. dicta polono mellis in hereditate
annis singulis futuris perpetuis donauit assignauit contulit
et deuote obtulit eiusdem ecclesie et eius rectoribus pro tempore ap
propriandam incorporandam inuisceram et ascribendam seu annectendam
Cum etiam Rector pro necessitate sua vel suorum facultate plena et
licentiam liberam piscatus in dicta piscina prendendi Rechn dicto Dr
gubiza ac struges seu aggeres dictos yazi versus predictam sortem
ecclesie et ad partem eiusdem faciendi ac in sorte ipsa pro utilitate
et voluntate ipsius Rectoris homines et ortos locandi armenta
quoque pecora et pecudes et equiream seruandi et libere pascendi
ligna quoque pro edificiis et igne de siluis et borris suis exci
dendi et educendi in perpetuo dedit et concessit Saluti dictorum
subditorum nostrorum circa quos fines diocesis nostre confundantur Nos
Albertus Episcopus prefatus prospiciendo et eorum periculis
obuiando et vt cultus diuinus augeatur ecclesiam de nouo in dicta
villa ex premissorum necessitate superscripte fundo et dono erigimus
et eam in parrochialem creamus ac villas omnes et singulas supradictas
quas et earum incolas ab obediencia et commeatu soluimus solucionem
quoque iurium parrochialium quibus dictis rectoribus et ecclesiis circa
tenebantur prestitam ad ipsam ecclesiam de reliquis suis prouentibus
valeat decenter subsistere et debita onera supportare absoluimus
Et ad dictis iuribus predicte ecclesie noue in [illegible] nomine par
rochie et in fines et limites eiusdem ascripsimus dedimus annexuimus
inuisceramus et incorporamus Omnia quoque et singula prescripta in
dotem et pro dote ecclesie eidem in [illegible] et eius Rectoribus pro
tempore existentibus intitulamus appropriamus incorporamus et inuisceramus
Erigimus quoque creamus absoluimus damus assignamus presentium decer
nendo contradictores et rebelles seu negligentes in aliquo premissorum
fore ad obseruacionem solucionem quoque debitam compellendos quociens
opus fuerit censura ecclesiastica mediante Et quoque incole villarum pre
dictarum de cetero in dicta ecclesia cum diuina audiant officia et
ecclesiastica recipiant sacramenta ac ecclesiasticam seu christianam fruantur
sepultura Preterea vt Rector pro tempore existens in eadem
ecclesia fuerit hospitalitatem commodius tenere et debita grauia onera
sustinere ac liberius diuinis valeat officiis intendere de consilio
fratrum nostrorum capituli nostri ratihabicione et consensu decimam omnium
frugum in villis [illegible] de mensis nostre episcopalem nostram

spectant predicte ecclesie in .. et eius rectori addidit et do
navit ac dat et omnia predicta presentis scripti presidio
confirmavit et communivit perpetuo duratura In quorum omnium et
Simbolorum et ... eiusdem permissorum venerabilis et nostri capituli de

Instrumentum sentencie Arbitralis exhibitionis

In nomine domini Amen Ad rei memoriam sempiternam Cum
secundum canonicas tam canonici quam civilis sanctiones
magno curandum sit opere cunctis qui iudiciaria reti
nent potestate ne cupiant necessaria deperire probacio cui
eius rei cesset noticia que futuris foret quolibet optima
Proinde Nos Johannes de Elgoth decretorum doctor
Scolasticus et Canonicus Cracouiensis Reverendi in
christo patris et domini domini Sbignei dei gracia episcopi
Cracouiensis vicarius in spiritualibus generalis Tam pre
sentibus quam futuris presencium noticiam habituris quibus expe
dit presentium tenore cupimus fore notum Quod in nostra
presencia constitutus honorabilis vir dominus Nicolaus Rector ecclesie
parrochialis in C. dioc. Cracouiensis exposuit in hec ver
ba vel in effectu similia Quod dudum inter ipsum et
suam ecclesiam parrochialem in lublin ex una et quosdam
Nobiles Jacobum P. et Swathon heredes in C. dio
cesis Cracouiensis predicte pro de et super certis decimis
manipularibus et campestribus et agris curialibus seu
allodialibus prefatorum Jacobi et P. ibidem in C. pro
venientibus et existentibus et earum occasione partibus ex altera
orta fuit materia questionis Et quod tandem ipse dominus
Jacobus suo et dicte sue ecclesie in L. nominibus ac
prefatus Jacobus et P. et eorum quilibet pro se et
per se volentes hincinde parcere laboribus sumptibus et
expensis ac ad bonum pacis et caritatis devenire Co
ram Notariis publicis et testibus fidedignis in certos
arbitros arbitratores et amicabiles compositores de

alto et basso compromiserunt ac commissum fecerunt . et eorum
quilibet compromisit videlicet in honorabiles viros dominos ...
Sbigneum de Rzechow prebendatum Tarnien(sem) et Petrum
... de Demaraczicze ac Nicolaum Rectorem ecclesie pra...
in ... Superarbitrum . Qui negocium et onus huiusmodi com-
missionis assumentes . Auditis huiusmodi propositis et responsis
hinc inde et receptis nichilominus desuper fidedignorum informa-
cionibus ac aliis presumpcionibus notoriis ad hec perfacien-
tibus . matura et solemni deliberacione premissa ad ipsorum
pronunciacionem seu sentenciam arbitralem processerunt . quam ex-
tunc voto unanimi tulerunt et pronunciaverunt per quam de-
cimas predictas sibi domino N. et sue ecclesie predicte . ad-
iudicaverunt prout et quemadmodum in instrumento seu litera eiusdem
pronunciacionis seu sentencie arbitralis plenius dicebatur contineri
Unde ut huiusmodi pronunciacio sive sentencia suum debitum sortiri
valeret effectum . In qua est lata prefatus dominus N. habens
et tenens suis in manibus instrumentum seu literam . predicte pronun-
ciacionis seu sentencie arbitralis tenoris et continencie suprascripte
nobis debita cum instancia supplicare curavit . quatenus huiusmodi pro-
nunciacionem seu sentenciam arbitralem . admittere rathificare ap-
probare et confirmare dignaremur . Nos extunc prefati
domini N. supplicacioni utpote iuste et racioni consone annuentes
pro maiori tamen cautela et subsistencia ut res magis
valeat . eum peteret predictos Jacobum et [...] exadverso
principales et alios omnes et singulos sua interesse vel
divisim interesse putantes per nostras citacionis patentes
literas ad certum terminum peremptorium competentem ad videndum et
audiendum predictam pronunciacionem sive sentenciam arbitralem
per nos admitti . approbari rathificari et confirmari aut causam
et quare id fieri non debeat causas racionabiles dicendum et alle-
gandum citari . fecimus et mandavimus Termino quoque huiusmodi
citacionis adveniente nobis ad iura reddenda pro tribunali se-
dentibus comparente prefato domino N. principali pro se et pro se
satisfaciendo huiusmodi termini citacione predicta repetita et
in effectum reproducta Alias contra eosdem Jaco(?) . et Sma(?)

Ac alios sua commun vel divisim interesse putan de volunte
et mandato nris per eos executores debite executioni de
mandata eorundem citatorum non comparend Nec hmoi crimi
satisfacere curancium contumacia accusata predictam pronunciacionem
seu sniam arbitralem petunt put tales per nos admitti
rathificari appro et confirmari in forma melior Nos
igitur Johannes de Egloff vicarius in spiritualibus p
libat predictos citatos non comparentes merito prout erat
exigend iusticia contumaces reputan In eorum contumaciam pre
dictam sniam arbitralem seu pronunciacionem facto et realiter
coram nobis exhibitam In omnibus suis punctis clis et artic
omnemque dm ani durum admittendam etc et pntum tenor
admittimus rathificamus et gratificamus approbamus et co
firmamus ac decretum auctis ordinarie apposuimus et appo
nimus decernen eamque et maneat In iudicio et extra p
petua valituram et duraturam In quorum omni et singulorum
fidem et testimonium pmissorum pntes nras litteras sive pns
publicum Instrum Nostram hmoi rathificacionem una cum pnunci
acionem seu snia arbitrali predicta Originali in se contin
seu contines per infratum Notarium Imperiali in se continen
Nostrumque et causarum coram nobis Scribam infratum scribi
et subscribi mandavimus et Nostri appen Sigilli fecimus
communiri Act et Dat Erat In domo habitacionis nostre
nobis mihi i loco solito et consueto ad Iura reddend pro
tribun sedentibus Sub anno a natitte domini mo quadringentesimo xc
Indiccon undecima pontis Sanmi in christo patris et domini
nri dm N. pape quinti anno 20 die veneris marcius
prima mensis Octobris hor terciarum vel qu pntibus
ibidem hon viris dnis C. et testibus ad pmissa voc
specialiter et rogatus (Subscr notari pmi
Consequenter tenor predicte Snie arbitral de quo sup
fit mencio sequitur Et est talis Ego N. rector ecclesie
etc de verbo ad verbum Scribatur etiam cum notariorum
subscripcionibus   Supscripcio Notarii in hunc modum fiat

Et ego N. etc. Imperiali auctoritate Notarius publicus quia dicte laudacioni atque facti huiusmodi foram mediatoris domino Nicolao de Al... Decretorum doctore in Spiritualibus Vicario Craco... generali scribe curia predictis. huiusmodi laudi sive instrumenti sive arbitralis exhibicioni approbacioni ratihabicioni et decreti apposicioni. alijsque omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierent vnacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideo presentes laudum seu presens publicum instrumentum exinde confectum me alijs occupato per alium fidelem scribi procuravi Manuque mea propria subscribens In hanc publicam instrumenti formam redegi Signo et Nomine meis solitis et consuetis vnacum prefati domini Nicolai in Spiritualibus vicarii appensione Sigilli et decreto ipsius speciali et etiam facta consignando communivi Rogatus et requisitus In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

Recommendacio femine persone

Amice sue carissime et dulciori suorum luminum Honestissime domine N. claritate generis forma decoris venustate morum et bona qualitate fulgenti N. plene salutem et illud gaudium quod pocius vive oraculo et actus ministerio differri ... premissis ... ad ... vestrum accessissem et ... collegissem affectatam. ... ante ... quidam portenarius qui claustri fores retinens serraculo ... repagulo firmitatis quod dare non consuevit ... negavit Sed parumper appropinquans ad conquiniscen... et ... colloquijs cum portenario caro ... habitis desiderium meum et gaudium adimplevi ... quamquam non possim vestre presentie ... sociari. libenter tamen amoris ... de splendore vestre caritatis ... faciam mencionem Nam ... spiritus nutritur. corpus movetur et bona spes retinet famulorum Si quid possum fari

vbi desinat adhuc cogitare quanta sit dulcedo suauitatis
tue et inestimabilis pulcritudo In qua simpliciter huma
nus referat intellectus Nichil enim est quod in
tua splendida compage diuina vel humana ratio
plus requirat Nec estimo deum tibi similem ali
am fecisse creaturam in membris omnibus elegancie
Nam capilli geneosi capitis vestri auri fil
is plus rutilant intoc Ceruix curialis et pla
na Oculi ergo claritatis tue solis radijs comparantur
labia aromatum redolenciam precellunt flagranciam
dentes niuei lactei et quasi eburnei in albedine
fulgescunt gene candide pectoris niuis albedine ex
cedit et exsuperat Et quod in sinu recondit ar
bitror duo pomula paradisi mellita dulcedine
compaginata Iuxta que est dilectio ineffabilis
et mediabilia habentur solacia De alijs autem candite
tue membris assumam illud Gamfredi persua
sum et ne videar nimis in affectum rapi Tacto
potius de partibus infra vbi plus cor conspirat
quam lingua fari potest Sunt que vnum est vbi nisi
per felicem amorem nectar mellis dulcedinem inexpressi
bili adducat Sit ergo vbique tranquillitas et clementia
omnia sacient Intuere ergo me domina tue innate
consuete ergo caritatis paulo de quo sepius insi
stens et inspiciens saporosas nectareas hausi Et
sum qui te super omnes viuentes annotato dilectiue
ardore Rudolfo seruulo graciam conferas pristinam du
dum et beniuolenciam tribuas salutem Eme qua leta et
hilaris quillate fore possim aut viuere in hoc mundo
Valete Quot baratrum penas quot habet mare arenas
Quot volucrum plume quod currunt in mari spume
Celum virtutes quot tot tibi mitto salutes Care p
pl. cae magis Care tamen vale sit eius vt tristia
nulla videbis

Responsio eiusdem Recommendacionis

Formose tuo in meis iam precordiis situate · comendate
In celis delinquere · et peccarem grauiter super celum
si tue voluntati desiderabili spem iocunditatis sub
trahendo et graciam denegarem virginali Itaque non
sit tua curialitas comendata quia me clausit mei
pudoris tumor indesinanter vinget animus cum si loci
et temporis facultas adesset grate respondere flori
de iuventutis Vale viue vale quia diligo te
sine fraude sit enim tanta salus quod nec vertex nec
talus nec pes nec colla cutis vacat sine mea salute

Refert grates promotus de beneficiis

Venerabilis pater colende et domine benefactor Pape si
sapiencia Salomonis in meo pectore latitaret si flumen
tullianum eloquii de meis labiis scaturiret si os meum
cum angelicis famulis abundaret nequirem grates con
In nomine domini amen etc. Constituti personaliter H. S. P. et ab
una et N. ab altera partibus predictis volentes habere pro litibus
expensis fatigiis et impensis ac sumptibus ac amore caritatis
mutue permanere cupientes de et super causa et pro beneficio quam
obtinent in ecclesia N. B. quibus et eorum occasione in Romana curia
inter ipsas partes coram nonnullis auditoribus litigant tunc coram
domino N. de B. decretorum doctore sacri pallacii apostolici
causarum auditore per dominum nostrum N. dictum papam predicte
cause iudicem deputato lis ventilabatur et ventilatur necnon omnibus et singulis
litibus differenciis iniuriis rancoribus simultatibus odiis dissen
sionibus et earum amfractibus ac aliis inde emergentibus incidentibus de
pendentibus inter ipsas partes predictas suscitatis et exortis

Et generaliter omnibus et singulis litibus aliis que dicte
parte occasione predictorum fiant et sperent sibi invicem possent
et deberent opponere dicere vel facere de alto et basso simpliciter
ac in totum et ipse unanimi et expressa voluntate compromise-
runt in venerabiles G. et N. presentes et compromissum huiusmodi in se
sponte suscipientes omnes et eorum quilibet in solidum tanquam in
arbitros arbitratores et amicabiles compositores et laudatores
et communes amicos, Dantes et concedentes eisdem dominis arbitris
arbitratoribus laudatoribus et amicabilibus compositoribus ac communi-
bus amicis omnibus et cuilibet eorum in solidum plenam omni-
modam liberam et expeditam facultatem quod possint et valeant
super premissis et quolibet premissorum ac aliis omnibus et singulis
supradictis cognoscere examinare mandare et dependere et eisdem su-
marie et de plano predictis partibus presentibus vel absentibus
vel una parte absente et alia presente aut ipsis partibus vel
earum altera vocata vel non vocata die feriata vel non feriata
stando vel sedendo in scriptis vel vive vocis oraculo quandocumque
vel quocumque tempore ubicumque vel qualitercumque eis placuerit semel
vel pluries ac etiam totiens quotiens ipsis videbitur expedire
Iurisordine vel solemnitate et terminis iuris servatis vel non servatis
seu obmissis inter partes predictas solum deum et iusticiam
visis et diligenter auditis utriusque partis iuribus propositionibus et
Responsionibus partium petitione audire examinare terminare ma-
dare et diffinire arbitrando laudando ordinando transigendo
componendo et aliis quolibet faciendo prout ipsis dominis arbitris ar-
bitratoribus laudatoribus et amicabilibus compositoribus placuerit me-
lius et utilius videbitur expedire Promittentes insuper dicte par-
tes compromissum huiusmodi nullo unquam tempore quovis ingenio
aut colore tacite vel expresse revocare et ab eodem recedere sub
penis detestabilis periurii et centum florenorum media parte pro ca-
mera apostolica et alia media parte pro parte ipsum compromissum tenenti
et ipsum compromissum stanti per partem revocantem et ab ipso
compromisso recedentem irrevocabiliter persolvendas Qua quidem
pena soluta vel non soluta ipsum compromissum nichilominus
in suo robore debet permanere ac huiusmodi compromissi revocatione
non obstante Dicti domini arbitri arbitres laudatores et

Procuratorium sufficiens et plenarium

In nomine domini amen. Sub anno etc. indiccione etc. pontificatus sanctissimi in Christo patris
et domini nostri domini Nicolai divina providencia pape quinti anno ipsius sexto, die vero
Iovis xxiij mensis Marcij, Cracovie in domo etc. In mei notarii publici testiumque
infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus
personaliter pn. c. puer. pro se ipso honorabilis N. de Crac. clericus pr. c. pro.
se ipso omnibus melioribus modo via iure stilo causa et forma quibus
melius et efficacius potuit et debuit, ac potest et debet, fecit constituit
creavit et solempniter ordinavit suos veros, certos, legitimos et indu-
bitatos procuratores, actores, factores et negociorum suorum gestores
ac nuncios speciales et generales, speciali per generalem nec econverso derogando,
venerabiles viros dominos et N., absentes tamquam presentes, ipsos et quemlibet ipsorum
in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, quin pocius
sed quod unus inceperit, alter eorum mediare prosequi valeat et finire,
ad prosequendum et protestandum causam et causas que vertitur vel vertuntur seu verti
et esse sperantur, mote ordinaria coram venerabili d. J. de F. cantore et
officiali generali, vel coram etc. ut dicitur a sede apostolica delegato, inter
dominum N. ex una et quendam N. ex altera, de et super quibusdam pe-
cuniarum summis et eorum occasione partibus ex altera. Et ad agendum in
causa et causis huiusmodi tam coram dicto domino N. officiali quam aliis iudicibus
datis vel dandis, deputatis sive deputandis, delegatis sive sub-
delegatis, ordinariis sive extraordinariis quibuscunque, ipsum quoque dominum
constituentem et eius ius defendendum, libellum sive libellos et
quascunque peticiones sive summarias dandum et recipiendum, dari quoque et re-
cipi videndum, litem sive lites contestandum et contestari videndum,
de calumpnia vitanda et veritate dicenda in animas et sui suis
capitis in et sub iuramento calumpnie contente iurandum et deliberandum,
iurari quoque et deliberari videndum, ponendum et articulandum, poni quoque et
articulari videndum, posicionibus et articulis partis adverse respondendum,
et suis iudicibus petendum et obtinendum testes, litteras, instrumenta, iura
et quecunque alia probacionum genera in modum probacionum producendum,
contra testes eorumque dicta et personas, necnon quecunque ex adverso
producta et producenda dicendum et excipiendum, replicandum, duplicandum,
triplicandum et cum plenitudine iuris quadruplicandum, crimina et defectus
opponendum et probandum, iura loca et iudices recusandum et contradicendum,
ipsos quoque et ipsa suspectos et suspecta recusandum, suspicionum quoque causas
allegandum, declarandum et declarari videndum, concludendum et renunciandum

concludi quoque et renunciari videndum, omnes et singulas tam interlocutorias
quam diffinitivas sententias ferri petendum et audiendum, et ab ea sive ab eis et
a quocumque alio gravamine illato vel inferendo provocandum et appellandum
suo et sibi in hac causa adherendum nominibus quibus supra, apostolos semel vel plu-
ries petendum et requirendum, appellationem sive appellationes huiusmodi prosequendum,
intimandum, insinuandum et notificandum, beneficium absolutionis simpliciter
vel ad cautelam necnon restitutionis in integrum pro se vel incide-
talem et quecumque alia iuris beneficia impetrandum et obtinendum.
Et si vero causa est devoluta ad curiam tunc sit ad impetrandum et
obtinendum a prefata sede quascumque litteras gratiam sive iustitiam in se
continentes, et quecumque alia iuris beneficia necessaria et oportuna et
signaturas litterarum rescripti sive commissionis in causa appellationis ab
ex parte prefati L. et G. f. a quadam sententia diffinitiva absolutoria
per venerabilem dominum Ra. officialem lata interposite impetrandum et
obtinendum et impetratis et adeptis utendum, expensas dampna
et interesse taxari petendum et super eis iurandum, unum quoque vel
plures procuratorem seu procuratores loco sui substituendum et eum vel eos
revocandum et omnes procuratoris huiusmodi in se reassumendum totiens
quotiens visum fuerit expedire, et generaliter omnia et singula faciendum,
dicendum, gerendum, exercendum et procurandum que in premissis et circa ea
necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que ipsemet dominus con-
stituens faceret et facere posset si premissis omnibus et singulis presens
et personaliter interesset, etiam si talia forent que mandatum exigerent
magis speciale quam presentibus est expressum, promittens insuper idem dominus
constituens michi notario publico ac scribe infrascripto, ut et tamquam
publice et autentice persone sollempniter stipulanti et recipienti vice
et nomine omnium et singulorum quorum interest, intererit, seu interesse
poterit quomodolibet in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum
totum id et quicquid per dictos suos procuratores et ab eis substitutos
seu substituendos actum, factum, gestum, procuratumve fuerit in premissis seu
aliquo premissorum, relevans exnunc et relevare volens eosdem
suos procuratores et substituendos predictos et eorum quemlibet coniuncti et di-
visim ab omni onere satisdandi iudicio sisti et iudicatum solvi
cum omnibus et singulis clausulis necessariis quomodolibet et oportunis sub ypotheca et
obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum mobilium et immobilium
et quorumlibet aliorum iuris et facti renunciatione ad hoc necessaria. Super quibus etc.

Processus super processiones et ieiunia pro domino Rege contra
Turcos bellum agente per Ordinarium promulgatus.

Sbigneus. Honorabilibus et discretis viris tam Collegiatarum quam
Conventualium et Parrochialium Ecclesiarum prelatis et Rectoribus
Vicariis quoque et vicesgerentibus eorundem in archidiaconatu Cracoviensi ubilibet
constitutis qui presentibus fuerint requisiti Salutem in domino. Cum sancta
mater Ecclesia et ipsius filii et alumpni christi sangwine redempti
sepe crebris quoque variisque diris fluctuacionum et angustiarum tempe-
statibus et procellis divina permittente clemencia agitantur, ut tanto
acrius et flagrancius quoque ad divine pietatis refugium satagant
confugere, et per suorum excessuum et scelerum reatu veniam ge-
mitibus et corde contrito per bona opera impetrare, quanto fla-
gellis acrioribus percelluntur. Timere autem nobis iratissimum esse
deum sencimus dum paganorum crudelitate percellimur qui victo-
ribus fortes sunt, et transgressionibus nostris catolicam prosternunt
excitatur Assyrii Israhelite ad quorum comparacionem Nabuchodo-
nosor servus dei dictus est. Infelices nos qui tantum dis-
plicemus deo, ut per rabiem barbarorum eius ira in nos
deseviat. Cum itaque Regnum Polonie prout vniversis vestrum
notum esse non ambigimus in notabili corporis sui parte
Terris videlicet Russie bis vno anno deplorandum et irrepara-
bile cepit ab infidelibus Thartaris hostibus fidei
dampnum gravissimum et depopulacionem ipsique Tartari consueta
feritate sua ampliora dampna eisdem terris Russie inferre
moliuntur, propter quod Regni huius Barones et Nobiles eis
occurrere et pro fide sancta atque gente divino suffulti auxi-
lio dimicare conveniunt. Serenissimus quoque princeps dominus noster
Wladislaus dei gracia Vngarie et Polonie etc. Rex Lithwanie
quoque princeps supremus ac heres Russie, Regni sui Vngarie
irreparabilem attenta condicione pro defensione fidei et katho-
licorum erigens cum Turcis inimicis crucis christi agit bellum et in
persona propria in brachio et virtute altissimi cum notabili
fortiore parte Baronum et Nobilium vtriusque Regni caterva
bellum cum eis commissurus iam processit. Summe itaque nobis
necessarium est ante conspectum divine maiestatis preces fundere
in corde contrito humiliati vigiliis et elemosinis intendere

et vacare, capiti quam meo Ihesu Christo cuius membra sumus nos subiciat
et humiliari vt per hostes meos et fidei mee adversantes non permittat
nos subverti, opprimi et molestari, sed meis planctis oracionibus et oblacionibus
nostris compatiatur sociando (?) de eo quod gaudeat victoriosum triumphum atque inclitam
pacem in diebus meis faciat et disponat. Quocirca vos in visceribus
Christi sedula (?) qua et precata (?) ferijs quinque eandem processiones per litteras vobis missas
facere debeatis et curetis cum letanijs psalmis feriis atque omnibus solitis
et ad hec consuetis, dominum deum omnipotentem cum omni devocione cordis humiliacione
devote implorantes pro vnitate sancte matris ecclesie vtilis (?), pro felici et
prospero statu incliti Regni Polonie et pro victoria prefato domino meo serenissimo
Regi super his quam Cruciferis et gentibus in Thartaris Turcis alijs quam
hostibus suis concedenda. Exhortantes omnes vtriusque sexus fideles
vt supplicacionibus predictis pro premissis omnibus oraciones fundant vt per hec et
alia bona opera que in premissis fecerint meam valeant indulgencias
optinere. Nos enim omnibus et singulis diutare (?) in quibus et confessis qui processiones
et oraciones huiusmodi fecerint aut eisdem interfuerint, dominum quam omnipotentem pro suis (?)
omnibus exoraverint, seu pro impetracione premissorum elemosinas dederint
vel abstinencias fecerint, de misericordia omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli
apostolorum eius auctoritate confisi, XL dies indulgenciarum optinui (?), et de iniunctis eis
penitencijs in domino misericorditer relaxamus. Volumus autem et sub eisdem censuris
mandamus quatenus vnus ad alium viciniorem Rectorem huiusmodi processum mox desti-
nandum sine mora, sic execucionem (?) nobis vnus ad diem execucionis (?) [illegible]
Datum etc. ipsa die Angeli anno domini LXX3 nostro sub sigillo /

Auctoritas data preposito (?) S. pro [illegible] super vicario eiusdem ecclesie [illegible]
Sbigneus etc. [illegible] etc. fratri (?) in Christo dilecto [illegible] in domino. Ad meam
pervenit audienciam ac certo (?) [illegible] fama [illegible]. Quod discreti vicarij
ecclesie etc. et clerici scole S. prefate ipsa [illegible] et [illegible]
nonnulla scandalosa et enormitates tu quod statum [illegible]
et [illegible] dicte ecclesie patrant et committunt non verentes in parte
[illegible] ecclesie predicte tam horis diurnis quam nocturnis debite non
intendunt. Nos itaque [illegible] et scandala [illegible] admodum
[illegible] commercialibus [illegible] per [illegible] volentes ut vt in
antea dicti [illegible] a [illegible] abstineant, et [illegible] malum alijs
[illegible] horis [illegible] ut quam [illegible] in prefata ecclesia
[illegible] vicariorum [illegible] parare [illegible] et [illegible]
[illegible] et auctoritate ordinaria [illegible] tue
[illegible] dictis [illegible] et alijs tibi in [illegible]
et id quod [illegible] in ecclesia [illegible] in [illegible] sive statibus

ipsor(um) vicarior(um) et aliar(um) p(er)sonar(um) i(n) salute a(n)i(m)ar(um) resonand(as) et p(ro)vid(e)nd(um) c(on)ciliis efficacib(us) ius(?) ... et q(uo)d s(unt) vitan(da) ... ad statu(m) meliorem reducas et emendes iuxta prudentiam a domino deo tibi datam et concessam. et si aliqui dictorum vicariorum scolarium sive aliarum p(er)sonaru(m) in hoc negocio fuerint remissi rebelles et p(re)sumptuosi et ea que iuste decreveris ad unguem servare noluerint eosdem ea que pro honore dei et decore eccl(es)ie p(re)dicte in Starbinicza statuq(ue) seu vita ipsor(um) melioranda et emendenda statueris per te aut tuu(m) vicesgerentem per censuram eccl(es)iasticam firmit(er) servare et adimplere cogas. Illis vero qui ad cor redeuntes penitencia ... dicti decretum tuu(m) amplexati fuerint / absoluc(i)o(n)em b(e)n(e)ficiu(m) ab h(uius)mo(d)i sentencijs excomunicac(i)o(n)is et censure eccl(es)iasticis tam ... per te aut tuu(m) vicesgerentem ... p(ro)mulgatis totiens quotiens opus fuerit. Auctoritate or dinaria qua te et tuu(m) vicesgerentem in hac p(ar)te fungi volumus impendas. p(rese)ntib(us) ad unius anni decursum tantu(m)mo(do) valitura. Dat(um) Cracovie d(ie) XX mensis Augusti anno d(omi)ni etc. ... sub sigillo

Mandatu(m) Ep(iscop)i pro excipienda Regina / Regina

Mandat R(everendissi)m(u)s in xpo p(ate)r d(omi)n(u)s Sbigneus miseracio(n)e divina tt(ulo) s(an)cte prisce p(res)biter Cardinalis et ep(iscop)us Cracovien(sis) omnib(us) eccl(es)iar(um) Collegiatar(um) parrochialiu(m) et conventualiu(m) prepositis Rectoribus et Gwardianis q(ua)tus hodierna die videlic(et) feria sexta hora vicesima s(ecun)da ad Curiam sue p(ate)r(ni)t(at)is ep(iscop)alem conveniat audituri (com)missio(n)em et instructio(n)em quali modo et ordine sint die crastina Serenissima d(omi)nam Reginam Elizabeth cu(m) p(ro)cessionib(us) excepturi. Datu(m) Cracovie feria sexta p(ost) s(an)cte Dorothee Anno d(omi)ni I X 7 X eiusd(em) domi(ni) Cardinalis sub Sigillo.

Processus alius datus per ordinarium ad totam suam dioc pro Rege exercitu contra infideles et procedentes

Mandat Reverendus in xpo pater dominus Sbigneus dei gracia Episcopus Crac in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena omnibus presbiteris curatis et non curatis per et infra Civitatem et dioc Crac ubilibet constitutis quatenus processiones alias sine processibus et mandatis singulis ferijs secundis quartis et sextis institutas sine negligencia peragant. In eisdem quoque singulares orationes pro pace tam ecclesie quam Regni atque victoria serenissimo domino nostro Regi et suo katholico exercitui contra Turcos inimicos crucis Christi in campis constituto decantanda faciat et compleat. Et insuper singulis ferijs sextis ab esu carnium abstineat, ferijs quartis comestibus ieiunandz agil. ferijs vero sextis in pane et aqua ieiunet cum vero imbecilles sunt ad ieiunandum. Omni missa pro pace et victoria eidem domino nostro Regi et suo exercitui concedenda omni gradus omnes legant et peragant ut deus omnipotens orationibus et ieiunijs placatus pacem et victoriam quam optamus propicius largiatur. Insuper idem dominus Episcopus mandat fratres utriusque sexus christifideles karissime adhortetur ut predictas processiones frequentent et ieiunia prefata in diebus designatis observent. Omnibus enim huiusmodi processiones frequentantibus et ieiunia observantibus vere penitentibus et confessis xl dies indulgenciarum ipse dominus Episcopus impartitur. In cuius rei testimonium sigillum prefati domini Episcopi presentibus est impressum. Datum Crac feria secunda in mense novembri Anno etc lxiiij

Processus ex parte Episcopi et Capituli sui super limitibus et graniciebus recognoscendis

106

Nos [illegible] Drigza tunc Cracoviensis necnon Calisiensis [illegible] terre
Cracoviensis, Sigismundus tenens presentibus quibus expedit universis
recognoscimus et fatemur, quod de certa nostra sciencia et volunta-
te constituimus creavimus fecimus et ordinavimus presentibusque constituimus
creamus facimus et ordinamus nostros veros legittimos procuratores
factores actores et nuncios speciales Generosos fratres nostros
dominos Petrum de Czaschlow et Johannem Dlugossch Cantorem
Wisliciensem et Cracoviensis canonicos ad comparendum pro nobis et nostro
nomine in colloquio generali in Wislicia pro festo Sancti Marti[ni]
et diebus sequentibus celebrando Dantes et concedentes prefatis
dominis Petro et Johanni nostro nomine nunciis et procuratoribus
plenum posse et omnimodam potestatem faciendi in presencia Magnificorum
et Generosorum dominorum pallatinorum Castellanorum dignitariorum
Judicum subiudicum eciam colloquium presidencium ad faciendum [illegible]
limitum et graniciarum inter nos et terras nostras villasque nostras
et terre nostre Radlow et Brzeza [illegible] et Strenuum
[illegible] et Nobiles dominos [illegible] Slawka de Kuthky [illegible]
[illegible] Bogdalo Albertum et suum [illegible]
Johannem et Bartholomeum de Wirzchoslaw [illegible] et fratres
suos de Bogumilowicze et [illegible] de Bradelin et eorum
villas Kuthka Wirzchoslaw et Bradelin partibus ab
altera [illegible] terras [illegible] nostras et duas villas nostras
Radlow et Brzeza prefatosque dominos [illegible] Slawka
de Kuthky Bogdalo Albertum etc. ut supra eorumque villas
Kuthka Wirzchoslaw et Bradelin amicabili concordia [illegible] et
concludere [illegible] et [illegible] inscripcionis [illegible] limitacionis
et distinccionis [illegible] et quemadmodum nos [illegible] et
nos [illegible] recognoscimus et confessi sumus coram Magnifico domino

Johannem Blomar de alesz ... pallar sand... professor fory
et neognomg et ad petrum Sandez decretorum et confessionum
ad librum trestercz in scribi ... et notam et ad videndum et
andreum a prefatis dominis Nicolao Slamba Bagdalo
gallici et quietu ... silicet decretorum super causa distinctione
quantum fieri ... causas ... allegandi
quaeque omnia et singula faciendi ordinandi disponendi
et concludendi quae in premissis fuerint necessaria aut quomodolibet
opportuna promittentes per hanc mandatum presentem inscriptorum decretorum
et confessionum predictarum pro dictos dominos petrum et Johannem iudices
iudicis et penitus super dictis huiusmodi sententiis tenere iuste
et observare prout atque prout etiam confessiones prelibatorum coram
ipso collegio facta fuisset tamquam ratam gratam ... petrus ha
bebimus nec ei in aliquo dicere vel videri quomodolibet
tolere subfide et honore ... In cuius rei testimonium
sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovie ... anno domini

~~Provisio super Can et ... dona ...~~
~~decimis ... facta per ordinarium~~

Et quia per diligentem inquisitionem comperimus ad exequendum presentem
citationem nostram, tamen prohibitionem praefatis praelatis, qui licet inhi
bitoriis et processibus ... domini ... officium administrationis
sibi usurpatis obstare ... in civitate Cracovie, et ad
eorum domicilia tute adire non posse ..., per affixionem huius
nostre citationis valvis seu portis ecclesie in ipsa civitate
Cracoviensi et ... eam in locis circumvicinis et parochiis
omnes in ea contentos et eorum quemlibet ita artari et stringi
voluimus ac si eis et eorum cuilibet personaliter et personaliter
fuisset intimata lecta et publicata, ne sic alii de premissis
aut aliquo premissorum aliquam ignorantiam pretendere valeant.

Provisio sup(er) can(onicatum) et preben(dam) ... et creatio Canonic(i) in Eccl(esi)a

Zbigneus dei gr(aci)a ep(iscopu)s Cracovien(sis) Venerab(ilibus) et hon(ora)bi(li)bus
ac discretis viris d(omi)nis decano Oczeschi(?)no p(re)p(osi)to scola(sti)co
Ceterisq(ue) p(re)lat(is) et Capitulo vicariis q(ue) hebdomadariis eccl(esi)e
n(ost)re maioris Cracovien(sis) vel eor(um) p(re)sentib(us) fuerint requisiti
Salut(em) in d(omi)no / Grandis caritatis affect(us) que(m) ad p(er)sona(m)
Ven(erabi)lis viri mag(ist)ri Nicolai Coslowski, Sacre theol(ogi)e p(ro)fess(oris)
gerimus sepe nos de ip(s)ius cogitare p(er)sona p(er)suadet, sepe p(ro)
eius comodis a(n)i(mu)m n(ost)r(u)m pulsat et dum eius p(ro)bitatem et
p(ro)bitatem atq(ue) scienciam attendim(us) dig(nu)m honestumq(ue) reputam(us)
ut cum sit ornatus sciencia et morib(us) insignitus Uo(?) eccl(esi)e
n(ost)re maioris uno includamus. Hinc est q(uod) nos eid(em) mag(ist)ro
Nicolao Coslowsky gra(tia)m facim(us) sp(eci)alem cum in eccl(esi)a n(ost)ra
p(re)dicta Canonicum creamus et p(rese)ntib(us) creamus sibiq(ue) in
n(ost)ram (?) ... Cracovien(sis) ad vita(m) dumtaxat sue t(em)p(or)a decimam
... n(ost)re ep(iscop)alis p(er) om(ne)s et singulos agros opidi Slunki(?)
... denarios (?) ... et p(rese)ntib(us) ... et
assignam(us) Concedentes vob(is) omnibus in v(ir)tute sancte obediencie
et sub excom(munica)c(i)o(n)is pena mandam(us) q(ua)tin(us) eu(n)dem p(re)dicto mag(ist)ro Nico(lao)
Coslowsky aut suo p(ro)curatori legitimo ad eand(em) eccl(esi)am n(ost)ram
Cracovien(sem) ... ip(su)m aut p(ro)curatorem suu(m) recipiat(is)
in Canonicu(m) et in fr(atre)m stallum in choro et locum in capitulo
cu(m) plenitudine ... sibi assignantes Recepto p(ri)us
ab eo aut p(ro)curatore suo de observandis statutis et consuetudinib(us)
eiusd(em) eccl(esi)e corp(ora)li iuramento In cui(us) rei testi(moniu)m sig(illum)
n(ost)r(u)m p(rese)ntib(us) est appensum Dat(um) Crac(ovie) ...
Nove(m)b(ri)s Anno d(omi)ni ...

Auctas(?) ordinaria data Rectori universitatis
Crac(oviensis) super studentes et Scolares eiusdem
corrigendos sup(er) excessib(us) ipsor(um)

Zbigneus dei gratia episcopus Cracoviensis Venerabili viro magistro
Thome de Strzampino sacre theologie professori decretorum doctori
ecclesie Cracoviensis Ac rectori alme universitatis studii Cracoviensis
fideli nostro in christo dilecto / ~~Attendentes~~ Dum Crebriora singulorum
suppositorum universitatis studii Cracoviensis varia scandala
lites dissensiones excessus crimina et abusus / in quo plures
quas ut querele ad nos delate testantur pullulabunt / attendentes et ea corrigere
diminuere et succidere ~~cupientes / Dum vero nos~~ aliis
tedius nostre et ... occupati negociis ~~...~~
~~et decisionem intendere non possumus~~ termide non valentes / aliis in partibus solicitudinis
nostre vocatis et agimus universitatis predicte rectori ... dele
gamus auctoritate delegata plurimorum in domino confidentes
omnes et singulas causas inter quoscumque universitatis predicte
magistros et quoslibet supposita / quoslibet et quascumque
rebus debitis iniuriis infamiis dampnis aut eorum occasione
exortas duximus committendas et partibus quibuscumque audiendas
decidendas et fine debito simpliciter et de plano ac sine
strepitu et figura iudicii terminandas contumaces quoslibet
contumaces et rebelles penis carceris et censuris ecclesiasticis
compescendi eosque per excommunicatos denunciandi ac eisdem
beneficium absolutionis simpliciter vel ad cautelam impertiendi
plenariam concedimus facultatem / Nos autem omnes processus et sententias
per vos rite faciendas ... latas ratas et gratas habebimus
et eas debite mandare curabimus executioni Datum
Cracovie die Saturni ... mensis Novembris Anno etc. ... sub sigillo

Compulsoria super Notarium et officialem ut in
causa aliqua utrumque acta actitata prothocollare
ad manus suas aut Commissarii deputati reddat

Sbigneus dei gracia eps Cracovien. Exposuerunt cora
nobis honorabiles Andreas Jurischa? dicti plebanus in
Irzandze et Nicolaus Gardziak? de Zelawkow plebanus
in Nyegowa cum vestibus vir dns Raphael de Skawina
Cantor et officialis Crac. fr. nob. in xpo dilectus et prime
Consistorij notarius prout se habet et detinet in certis
cistis Scriniys Archiue ecclesie et protocoll nonnulla
Jura processus acta et munimenta causa que inter dnos
Andream plebanum in Irzandze et Nicolaum plebanum in N
dudum coram? tangentem occasionem cuiusdam testamenti olim pauli
plebani in Irzandze de cuius quidem causa appellacionis
articulo ad peticionem dictarum parcium vertebatur vener. domino
Johanni de Elgoth? decretorum doctori scolastico Crac. vicario nostro
in spiritualibus generali ac magistro Johanni de Dambrowka decretorum
doctori commissimus cognoscendum Verumque dicte appellacionis
cognicio sine huiusmodi Jurium actorum et instrumentorum ad plenum liquere
non possit cuarare nob debita cum instancia supplicarunt
quatenus ipsis de oportuno remedio providere literasque compulsoriales
contra eosdem in forma solita et fieri consueta decernere et concedere
dignaremur. Nos igitur attendentes quod iusta petentibus assensus non
est denegandus ne occasione occultacionis huiusmodi Jurium et
munimentorum alicui parcium iusticia valeat deperire huiusmodi
literas compulsoriales presentes decrevimus fore dandas
eciam mandamus vobis in virtute sancte obediencie et sub
excommunicacionis pena quatenus prefatum accedentes prefatum dnum
Raphaelem officialem Cracovien. et sindnotarium ipsius salubribus
monicionibus moneatis quos presentibus nos monemus ut infra sex

decem spacium vnicam huiusmodi monicionem immediate sequentium quo
rum ipsorum pro omnibus dilacionibus peremptorie terminum et canonica
monicione prefigimus et assignamus huiusmodi acta actitata
producta prothocolla notas sub modo et forma talibus
vt in iudicio et extra possit plena talibus fides adhiberi
nil addendo vel minuendo quod facti substanciam immutet aut
variet intellectum prefatum ostensori presencium doctoribus
apportanda dare tradere reponere et assignare realiter
et cum effectu. Alioquin si secus fecerint nos lapsis dictis sex
diebus ipsos tenore presencium excommunicamus in hiis scriptis quos et
excommunicatos vestris in ecclesiis nunciare curetis sin(gu)lis diebus
dominicis et festiuis donec premissa exequantur donec a
nobis aliud habueritis in mandatis. Datum Cracouie die Iouis
etc. anno etc. feria sexta proxima

Tenor de eodem compulsoria

Sbigneus dei gracia episcopus Cracouiensis discretis viris
vicariis ebdomadariis ad ecclesiam nostram maiorem
Cracouiensem admissis et cuilibet eorum solito requisiti salutem
in domino. Mandamus vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis
pena quatenus prouidos attentos peritos et discretos viros
dominum Raphaelem de Skawina clericum et officialem
Cracouiensem vel eius locumtenentem et notarios consistorii
Cracouiensis ipsos salubriter et efficaciter moneatis
quos et nos monemus et requirimus vt infra decem trium
spacium vnicam monicionem immediate sequentium acta actitata
prothocolla producta originalia vel eorum vera transsumpta

mo et forma titulis utrisque plena fides adhiberi valeat in Judicio / Sp. causa inter Honorabilem et discretum virum Andream de Przcandze plebanum ab una et Nicolaum Bardiak presbiterum ab altera partibus prefatis domino Raphaele tenente Vrencza byn viro domino Johanne de Elgoth . . . Scolastico et Custode in ecclesia vicario in Spina by Cracoviensi generali et Magistro Johanne Dambrowka Decretorum Doctoribus dent et remittent causis et eciam officialibus addendo vel diminuendo prout qualitas facti mutaverit . . . fecerint nos . . . presentem . . . et . . . presente . . . in Vrencza repertum in . . . et cetera

Revocacio Testamenti /

Johannes de B et cetera Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quod constituta coram nobis personaliter Nobilis D de B sana mente et corpore existens bona prefuens racione non compulsa nec coacta sed sponte et libere recognovit publice et per expressum confessa est se condidisse et fecisse testamentum seu ultimam voluntatem in bonis suis omnibus tam mobilibus quam immobilibus hereditariis seu quocumque alio modo ad ipsam pertinentibus et spectantibus seu eciam devolutis Wysli et cetera asserens tamen et dicens quod huiusmodi testamentum preter et absque voluntate consilio et consensu fratrum suorum condidisset et fecisset quorum indignacionem carens seu indignacionem timens dictum testamentum sic ut premittitur per eam factum et ordinatum in omnibus suis punctis ordinibus condicionibus et clausulis solempniter revocavit et limitavit Nulliusque efficacie roboris vel momenti esse voluit reputari et aliquam firmitatem habere petens huiusmodi revocacionem et limitacionem per nos admitti Nos eandem revocacionem quantum in nobis est ratam et gratam habentes admittimus In cuius rei testimonium et cetera /

Compulsoria per Comissionem

Thomas de Strampino Judex commissarius a R. viro ... rectoribus ... infrascriptas
ipsa dioc. ~~Zbigneus Dei gratia episcopus Cracoviensis~~ honorabilibus et discretis viris
vicario Ebdomadario ecclesie Cracoviensis aliisque omnibus et singulis
quibus presentes fuerint requisite Cum in causa appellationis que coram
nobis vertitur inter honestam mulierem Orinam de Cracovia una et
providum P. de B. laicum Cracoviensis dioc. de et super [illegible]
et eius occasione partibus ex altera auctoritate et vigore Commissionis
nobis per prefatum Reverendum in Christo patrem dominum Jo. etc facte dictis partibus
ad nostram presenciam per nostras citacionis literas evocatis ad nonnullos
actus et terminos iudiciales continuatum et successive et usque ad
inductionem testium et publicacionem eorundem processissemus Tandem
Circumspectus dominus Jo. Zmyjna procurator et nomine procuratorio dicte
mulieris predicte in dicto termino ad hoc statuto produxit exceptiones
contra testes et eorum dicta per parte dicti P. laici de B. inductos
petens per nos easdem admitti et sibi nostras compulsoriales literas
pro verificacione eorundem excepcionum per acta prime instancie contra
Venerabilem virum dominum Raphaelem etc ipsiusque Consistorii
Notarios decernimus Nos vero attendentes quod boni iudicis est
cuncta rimari et ne ex occultacione actorum et productorum
predictorum facti veritas obumbraretur et iusticia deperire
valeat dictas nostras compulsoriales literas dandas decrevimus
et decrevimus per presentes Quocirca vobis et vestrum cuilibet in virtute
sancte obediencie et sub excommunicacionis pena quam in vos et vestrum quemlibet
trina tamen canonica monicione premissa ferimus
in hiis scriptis nisi feceritis que precipimus districte precipientes
mandamus quatenus personaliter accedentes moneatis prefatum dominum
Raphaelem etc ipsiusque Consistorii Notarios quos et nos presentibus
monemus ut infra sex dierum spacium a monicione vestra computandum quorum
duos pro primo duos pro secundo et reliquos pro tercio et peremptorio termino ac canonica monicione prefigimus et assignamus
predicta acta producta scripturas et munimenta dictam causam
concernencia coram nobis actitata sub forma publica sigillo
autentico sigillata vel aliis talibus modo et forma disposita
quod eis apud nos in iudicio et extra plena fides adhiberi

valeat nil addendo vel minuendo quod facti mutet substantiam
vel variet intellectum dicti omne aut predicto ac ho. &
z. presentes cunctis nullatenus legittime nobis intimanda deinde tradat
et assignet eis effectum alioquin si secus fecerit extunc lapso te(rmino)
Dat. Crac. die lune ultima Januarii Anno etc. [illegible]

Dimissoria alias Jndultum pro legendis missis

Salutem in domino. Ut a quocumque presbitero idoneo discreto approbato
in domibus tuis continue et in locis ad que declinabis in quibus
ecclesia vel oratorium non habetur, in interdicti tempore et honestis aliqua
inducta passis, tamen clausis ianuis interdictis et excommunicatis
abinde prorsus exclusis, cum familia tua dumtaxat
domestica audire possis, tibi tenore presencium indulgemus. Ita
tamen quod propter hoc ecclesie parrochiali nullum preiudicium generetur,
ne ipsa suis iuribus aut obsequiis fraudetur in futurum
et usque anni decursum tantummodo valiturum. Datum etc.

Volumus autem et sub dictis censuris precipiendo mandamus ut hunc
nuncium presencium ad euidenciorem dictorum censorum publicacionem
porte seu valvis ecclesiarum vicarum affigatis et aliquandiu
sine permittatis eo quod usque ad alium sibi vicinum plebanum illud
deferri poterit sine mora, ultimum vero eundem nobis
representet.

seu petisset

Monitio contra Raptores decimarum episcopi in
noua et cruda radice consurgentium alias
novalium.

19 Sbigneus dei gratia episcopus Cracoviensis. Honorabilibus discretis
que viris ecclesiarum parrochialium in Lublin, in Vonzechowy,
Sprudno, in Vambrelnicza, in Vrzanthkow seu Rectoribus eorundem
vicariis aliisque quorum in partibus fuerint requisiti. Salutem in domino sempiternam.
Cuius dignitatis iure et privilegio ecclesiam nostram Cracoviensem
ab antiquo esse comperimus, quod esset in huiusmodi diu gaudet
libertate et privilegio, ut omnes decimas novalium in diocesi
sua et villis in cruda radice locatis infra limites quarumcunque
parrochiarum consurgentium per ipso soli pontifici Cracoviensi pro
tempore existenti sit reservata. Huiusmodi more et consuetudinem
ab exordio sue fundationis tota Gnesnensis ducat provincia
quorum et quia et pro lege et pro iure optinuit ut solis presulibus
cathedralium ecclesiarum decime de novalibus reddantur,
et huiusmodi iure et lege possessionem realem continuant
usque in presens. Sic ecclesia nostra Cracoviensis cetera spiritualium et
secularium principum huiusmodi privilegiis et immunitatibus specialiter
ultra alias roborata et confirmata huiusmodi consuetudinem
adeo ut nullus possit revocare in dubium. Cum predicte no-
valium nostre diocesis decime ad nos et mensam nostram debeat
pertinere. Huiusmodi iuri legi et consuetudini diu et nos
pluribus annis innitebamur et vindicare decimas novalium
precipue signanter in terra Lublinensi consurgentium nobis et mense
nostre reddi et applicari. Discreti tamen viri Nicolaus
in Garbow et Petrus in Poth... parrochialium ecclesiarum
Rectores infra Lublinensis diocesis nostre pluribus decimas no-
valium manipulares videlicet in Garbow in villis Jastk-
kow, Pansshcze, Bagnczin, Losszecz, Pyotrowicze, Rucza-
now, Valya Guthanowska alias Gory, Marcusszowa Volya
alias Ostreyklotow et Kaliynije, Petrus vero plebanus
(que alias pro mensa nostra tollebant)

in pathol ibidem in pathol per viginti laneos in virzcho-
vistka per totam villam in pothogrb per tota villam
In lichow per tota villa In vagelno et in Bzizica post
tota villam ad nos et mensam nostram tamquam novales pertinentes
rapiunt earumque proventus sibi vendicant et usurpar-
-e quod de eis temerarie ingerunt in animarum suarum grande
periculum et gravamen et quia dictas villas in quibus pre-
narrate decime consurgunt Reverendus pater dominus Jaroslaus
dei gratia episcopus laodicensis tunc vero suffraganeus collega suus ad hoc
deputatus qui ex commissione nostra speciali decimas novalium
in terra lublinensi inquirebat de subiecta oculis et peritorum
ydoneorum examine reperit esse in cruda radice locatas
decimarumque ex eis consurgentium tamquam novalium de quibus
se predicti plebani temerarie ingerunt proventusque ad aliud
pertinentium ad nos et mensam nostram predicta pertinere et spectare
satis eiusdem videtur domini et nos immediate iuris nostri et ecclesie
defensam sic tantam iniuriam nobis et ecclesie nostre predicte per
dictos plebanos irrogata oculis conniventibus pertransire
et relinquere eos in scelere et non possumus in eis quod
non est deprimemus Quocirca vos omnes et singulos
et unum quemlibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis
pena districte precipiendo mandamus quatenus personaliter accedentes predictos
Dispectos dominos Nicolaum de Carbow et Petrum de Potok
ecclesiarum parochialium Rectores quos salubriter et efficaciter
inducatis moneatis quos et nos tenore presentium monemus decernimus
ut infra quadraginta dierum spatium eisdem pro canonica mo-
nitione sequentium quorum decem terminum pro primo
decem terminum pro secundo et reliquos decem tempus pro tercio et per-

emptorem tenue ac trina monetam certam a ipis et eorum
tenutis prefigimus et assignamus Nicolaum in Barbow
de decimis villarum Nasthkow Barbow Camsirga
Bogutzin Kozeci Pyotrowice Buthanow Wolya Agnita
nowska alias Bozy Marcin Chorowolya alias Ostroblato
q(ue) alias per mensam nostram tollebantur
et Calyme, Petrus de Pothok in Pothok pro vigil-
lancis in Wietchowska pro tota villa in Pothogel in
Lychow in Waglus et in Kzyzerga tamquam novalibus se decetero
non ingerat, nec earum percepcionem sub eisdem penis vendicet
aut usurpet, sed eas nobis et mense nostre sine dolo et
fraude relinquant. Nos enim et nostros officiales in earum per-
cepcione et possessione non impediat quoquomodo, vel pendente
huiusmodi monicionis tenore in iudicium commissarium pro certificanda
veritate in premissis et premissorum causam determinare presbiteros et
cessent plebanos alterutrum eligendo convocat et componat
alioquin ipsos in dei nomine excommunicamus in hiis scriptis quos et
vos in ecclesiis vestris singulis diebus dominicis et festivis puta
infra missarum solempnia excommunicatos denunciare curetis
tamdiu premissa exequamini donec a nobis aliud habueritis in
mandatis. Datum in Prandzyzow die sabbatum decimatria
mensis Julii Anno domini Millesimo quadringentesimo tercio decimo, nostro sub sig-
illo presentibus execucionis debita, litteris reddite sigillatis decem
execucionis huiusmodi tamen vestris nominibus annotantes

vlc coram nobis Cracovie personaliter compareat ad concordandum
nobiscum de iudicibus contendentibus super decimis predictis qui
causam huiusmodi dicte tractent audiet, et iusticiam tam sibi
quam nobis faciat alioquin etc.

Instrumentum Constitucionis procuratoris coram notario publico

In xpi nomine Amen Anno a Nativitate eiusdem Millesimo ccc° tercio Indiccione
vij^a Sacrosancta Basiliensi Synodo generali in spiritu sancto legittime congregata vniversalem
ecclesiam representante, unitate ecclesie durante, Die vero tercia mensis Novembris hora
terciarum Cracovie in Curia Reverendi in Christo patris domini Sbignei dei gracia
episcopi Cracoviensis in Stuba magna ibidem In mei Notarii publici et testium
infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia personaliter constitutus
honorabilis vir dominus Michael de sancto paulo Canonicus Sandomiriensis omnes
et singulos suos procuratores per eum alias hic in Regno polonie quomodolibet constitutos
de certa sciencia sua revocando, et omnibus melioribus modo via stilo et forma
quibus potuit et debuit fecit ordinavit suos veros et legittimos
procuratores actores factores negociorumque suorum gestores et nuncios speciales
honorabiles et circumspectos viros dominos Johannem Remo de opathow
Swanthoslaw vicarios in ecclesia beate marie necnon magistrum Nicolaum
Odolf Cunen et procuratores Consistorii Cracoviensis absentes tamquam
presentes omnes in solidum Ita quod non sit melior condicio occupantis ad petendum
et exigendum levandum quascunque pecuniarum summas omniaque alia et singula
debita in quibuscunque rebus consistant a quibuscunque suis debitoribus
de perceptis et levatis quittandum necnon super eisdem, ac in causa et
causis appellacionis quam et quas sibi quidam petrus de zarnow asserens se
presbiter et vicarius in wislicziensi movet et ipsum coram honorabili domino
Johanne de obrazow plebano officiali Sandomiriensi traxit in causam Judicio
comparendum respondendum et eius iura defendendum aliaque agendum libellum
sive libellos et quascunque peticiones summarie dandum et offerendum
ipsis reddendum petendum et recipiendum dandum et recipiendum iuramentum
de calumpnia et quodlibet aliud licitum et honestum sacramentum in
animam ipsius domini constituentis prestandum et recipiendum prestari videndum litem
contestandum omniaque alia et singula que in processu cause sunt necessaria cum
observacione omni et singulorum terminorum tam substancialium quam aliorum peremptoriorum
ad diffinitivam sentenciam inclusive faciendum a sentencia quoque gravamine
et qualicunque ac eciam a quolibet alio gravamine illato aut

termato provocandum et appellandum apostolos petendum et obtinendum beneficium absolucionis simpliciter vel ad cautelam petendum et obtinendum et generaliter omnia et singula faciendum que talibus sunt necessaria et oportuna et que ipsemet dominus Michael principalis faceret seu facere posset si premissis presens et personaliter interesset promittens ratum et gratum tenere quicquid per suos procuratores predictos aut eorum substitutos actum fuerit seu quomodolibet procuratum sub bonorum suorum obligatione et ypotheca. Acta sunt hec anno, indictione, die, loco et hora quibus supra presentibus ibidem discretis viris domino Johanne de ... et Marco de ... presbiteris et capellanis dicte ecclesie testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis





Instrumentum permutandi beneficia

In nomine domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto Indiccione octava sacro Basiliensi Synodo presidente hora vesperorum vel quasi die mensis Marcii In domo venerabilis viri domini Henrici Archidiaconi Sandomiriensis ibidem in Sandomiria In mei Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia Constitutus personaliter venerabilis dominus Jaunsthinus Archidiaconus Cruszwiciensis et Canonicus Cracoviensis et Wladislaviensis Ecclesiarum omnibus melioribus modo via forma et stilo quibus efficacius potuit et debuit constituit et ordinavit suos veros legittimos et indubitatos procuratores actores factores negociorumque suorum gestores et nuncios speciales, videlicet venerabiles et honorabiles dominos ~~Nicolaum~~ Farandum scolasticum Crusswiciensem et Canonicum Wladislaviensem Nicolaum de Kilkonye baccalarium in decretis Cancellarium Reverendissimi in Christo patris et domini Vincencii Archiepiscopi Gneznensis et primatis Martinum Custodem et officialem Wielunensem omnes et quemlibet eorum insolidum Ita quod non sit occupantis melior condicio incipientis, sed quod unus inceperit alter valeat mediare vel finire dans et concedens eisdem suis procuratoribus et ab eis substitutis plenam posse et omnimodam potestatem faciendi ordinandi et ineundi contractum et contractus cum venerabili viro domino Johanne Grebda de Nyrwesz decano Wladislaviensi Gneznensi Archidiacono et Canonico Wielunensi super facienda et disponenda permutacione beneficiorum suorum, videlicet Canonicatus et prebende quos idem dominus Jaunsthinus constitutus in Ecclesia Wladislaviensi obtinet pro canonicatu et prebenda quos idem dominus Johannes de Nyrwyesz decanus Wladislaviensis in Ecclesia Collegiata archidiaconatu Wielunensi obtinet, et ad resignandum eciam permutacionis causa canonicatum et prebendam suos Wladislavienses in manibus Reverendi in Christo patris domini Wladislai dei gracia episcopi Wladislaviensis aut sui vicarii in spiritualibus generalis aut alterius cuiuscumque ab eo potestatem habentis ad prestandum quodcumque quodlibet licitum Iuramentum in animam prefati domini Jaunsthini constituentis, et signanter quod in huiusmodi resignacione et permutacione nulla fraus Symoniaca nec aliquod pactum illicitum supponitur intervenit, ad petendum insuper vice eiusdem domini Jaunsthini et eius nomine se de canonicatu et prebenda per liberam resignacionem prefati domini Johannis de Nyrwyesz -

[margin: potestate constituendi]

procuratorium ad permutandum Archiepiscopi aut alios prelatos huius

in manibus Reverendissimi in Christo patris et domini domini Vincencij dei gratia sancte
Gneznensis Ecclesie Archiepiscopi et primatis ex causa permutacionis predicte
faciendam Canonicatum et prebendam et Juramentum quodlibet licitum in manus
dicti domini Archiepiscopi prestandum Ad recipiendum nempe et petendum veram
et realem duobus Reverendis presentibus ceterisque prelatis et Canonicis Ecclesie
Collegiate etc. et specialiter ... vt ipsos duos Reverendos dominos
Martinum aut alterum eorum aut ab eis substitutum vel substitutos prefati
nomine prefati domini Janusthij recipiat in Canonicum et in fratrem stallum
quoque in choro et vocem in Capitulo cum plenitudine Juris eiusdem sibi assignent
et ad prestandum de observandis laudabilibus consuetudinibus et statutis
eiusdem Ecclesie corporale Juramentum Ac alia omnia et singula faciendum
exercendum agendum disponendum petendum ordinandum concludendum que in
premissis aut quolibet premissorum fuerint necessaria aut quomodolibet oportuna
eciam si talia essent que mandatum exigerent magis speciale et que
ipse dominus constituens aut alius presens huiusmodi faceret seu facere posset si
talibus personaliter interesset promittens ipse dominus constituens michi notario publico
infrascripto solempniter stipulanti firmum tenere et observare quicquid
per ipsos duos procuratores aut eorum alterum vel ab eis substitutum substitutos vel actum
factum gestum et ordinatum fuerit in premissis et quolibet premissorum
sub omni suorum bonorum obligacione et ypoteca Super quibus omnibus
et singulis prefatus dominus constituens peciit sibi fieri et confici vnum
vel plura publicum et publica instrumenta Acta sunt hec Anno die
Indiccione et mense quibus supra Sacra Synodo Basiliensi predicta durante
et loco quibuscumque presentibus honorabilibus et Nobilibus viris domino
Andrea de Piotrkowia vicario perpetuo Ecclesie Collegiate sancte Marie
Sandomiriensis parte petro et Alberto heredibus de Jankowice
familiaribus eiusdem domini Janusthij Archidiaconi constituentis predicti ac
aliis pluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Et ego ... etc. premissis predictis ordinacioni
constitucioni disposicioni aliisque omnibus et singulis

Relaxacio census de maiori ad minorem summam

Sbigneus / Universisque tenore presencium [quibus expedit universis] ~~[illegible]~~ et licet superioribus
annis meo et predecessorum meorum episcoporum Cracoviensium temporibus
ex villa mense episcopalis [angroth] pro censu sancti Martini tres fertones
quindecim pecunie pro media quarta latorum grossorum pragensium
de quolibet lanco a kmethonibus exigebatur valorem latorum
grossorum minuta pecunia computando verum quia huiusmodi
census cum augmento tercii fertonis exactio kmethones
dicte ville plurimum gravis est gravare et villam ipsam ad
desertacionem reducere volentes itaque nos prefatam villam
que in maiori parte tum ex huiusmodi causa tum eciam ex peste
desertata existit ad plenam locacionem et ad meliorem
reducere condicionem / omnibus kmethonibus prefatam villam Iageth
inhabitantibus [inhabitare] volentibus eam facimus graciam et liberalitatem
ut amplius et deinceps pro censu sancti Martini non nisi me-
diam quartam monete que in regno polonie currit / melioris
tunc in ~~regno polonie currente~~ iuxta privilegium sancte memorie predecessoris
domini Sbignei [cardinalis] episcopi Cracoviensis predecessoris nostri solvere sint astricti / tercia
parte census videlicet duodecim grossis eis relaxata et remissa
facta tamen condicione ut infra quinque et decem annorum decursum te-
neatur scultetus et kmethones ville predicte agros et areas
desertatas hominibus ad plenum collocare et supplere alias
si termino elapso ipsa villa ad plenum locata non fuerit
graciam concessionis et remissionis nostram relaxacionemque presentem
kmethonibus prefatis nolumus aliquatenus suffragari
presenti eciam relaxacione non obstante censum qui korowne
appellatur nullatenus volumus diminui / sed ipsum
plene temporibus suis sicut debet reddi et persolvi In
cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum
Cracovie sabbato ante dominicam palmarum proximo anno domini 1·4·7·4

Super domo et Area in Civitate wysliacz pro wysliacz Custodia perpetue resignata

Sbigneus dei et Apostolice sedis providencia Episcopus Cracoviensis
ad perpetuam rei memoriam. Licet omnium Christi fidelium pia
vota et opera benigno desiderio prosequi et attollere
simus, Ea tamen precipue que in Ecclesiarum diocesis nostre honorem
divini cultus comodum et profectum singularum promovent, et huiusmodi
reparare estuamus affectu Proinde significamus tenore
presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris
quod accedens nostram presenciam et conspectum honorabilis vir N.
non coactus nec impulsus, sed matura prehabita deliberacione,
domum suam ligneam et eiusdem aream in Civitate W.
e regione macellorum Carnificum sitam, et domum atque
aree vicinam contiguam, ad eam iure licito pertinentes,
predicte ecclesie W. et longitudinis dlugosszy, tamquam eiusdem
ecclesie W. Custodi resignavit perpetue et irrevocabili
In nomine domini amen. Sub anno a Nativitate domini eiusdem [illegible] indictione [illegible] pontificatus [illegible] in opido [illegible] et domini domini nostri [illegible] anno eius secundo [illegible] hora vesperarum [illegible] vel quasi in Curia [illegible] domini [illegible] Notarii subscripti et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter discretus vir C. de B. plebanus ecclesie [illegible] diocesis omnibus modo iure via forma stilo et causa quibus potuit et debuit fecit constituit disposuit et posuit ordinavit suos veros legittimos certos et indubitatos procuratores [illegible] videlicet et discretum virum [illegible] et [illegible] absentem tamquam presentes [illegible] ita tamen quod quicquid unus inceperit alter eorum valeat mediare et finire [illegible] speciales et generales sic quod generalitas specialitati non deroget nec econtra actores factores negociorum gestores [illegible] dans et concedens dictis suis procuratoribus plenum mandatum et omnimodam potestatem ad permutandum et commutandum ecclesiam suam ecclesiam parrochialem in [illegible] pro alia ecclesia parrochiali aut quocumque alio beneficio curato vel non curato sibi competenti cum quacumque seu quibuscumque persona vel personis ecclesiasticis necnon ad resignandum huiusmodi beneficium suum ex causa permutacionis in manibus reverendissimi in Christo patris domini [illegible] archiepiscopi aut eius vicarii in spiritualibus generalis ac ad petendum se nomine dicti constituentis de dicto beneficio postquam in manus alicuius diocesani loci ordinario illius diocesis sub qua huiusmodi permutacionem fecerit resignatum fuerit aut suum vicarium in spiritualibus generalem institui investiri et confirmari ac ad nanciscendum recipiendum optinendum ac petendum realem actualem et corporalem huiusmodi beneficii possessionem illamque et illam possessionem cum omnibus iuribus redditibus fructibus utilitatibus censibus decimis et obvencionibus universis dicti beneficii nomine supradicti constituentis manutenendum et possidendum et si necesse fuerit pro huiusmodi possessione fructibus iuribus redditibus decimis et obvencionibus agendum et defendendum [illegible] vallatas [illegible] et de non committenda symoniaca pravitate vel aliquo illicito pacto aut fraude in huiusmodi permutacione vel aliud quodcumque licitum iuramentum in animam ipsius constituentis prestandum et [illegible] fructus census redditus decimas iura munimenta emolumentaque ac obvenciones universas recipiendum levandum apprehendendum tollendum unum vel plures procuratorem seu procuratores loco sui substituendum et eum vel eos revocandum et eum procuratoris officium in se reassumendum tociens quociens opus fuerit vel quodlibet oportunum. Et generaliter omnia et singula faciendum gerendum exercendum que in premissis et circa premissa ac quodlibet premissorum fuerint necessaria quomodolibet et oportuna eciam si talia

assunt que mandatum magis exigunt speciale. Et que veri et legitimi procuratores actores et defensores facere possent et deberent Et que etiam ipse met dominus constituens faceret et facere posset si premissis personaliter interesset. singulisque et quolibet premissorum promittens idem dominus constituens ratum gratum atque firmum perpetuo habiturum et inviolabiliter observaturum quicquid per dictos suos procuratores vel eorum alterum aut substitutum vel substitutos ab eis vel eorum altero aliquid satisdacionis onere relevare promisit michi Notario subscripto ut persone publice legitime stipulanti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest vel interesse quolibet in futurum poterit iudicio sisti et iudicatum solvi sub omnium bonorum suorum presentium et futurorum obligatione et ypotheca Acta sunt hec anno indictione pontificatu die mense hora et loco quibus supra

Et ego N. etc. in premissis constitucionem ratihabicionem et promissionem relacionem aliisque omnibus et singulis etc.

Indulgentie pro fraternitate

Albigneus miseratione divina etc. Ad perpetuam rei memoriam. Licet is de cuius munere venit ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur de abundantia pietatis sue que merita supplicum excedit et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri Nichilominus tamen desiderantes domino populum reddere acceptabilem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus indulgenciis scilicet et remissionibus invitamus ut exinde reddantur divine gratie aptiores Cupientes igitur ut fraternitas sive sub titulo beatorum ... in opido ... in suo statu atque religione recipiat devocionis augmentum hominesque utriusque sexus eidem ascripti ad quelibet pietatis et karitatis opera in ipsa fraternitate ex debito vel consuetudine introducta propensius invitentur omnibus Christi fidelibus dicte fraternitati quolibet ascriptis et in ea existentibus qui missis oracionibus vigiliis processionibus dicte fraternitatis quolibet interfuerint aut funus ad sepulturam conduxerint pro eiusque festis apparamentis libris candelis et aliis elemosinas suas dederint aut manus quolibet porrexerint adiutrices vere penitentibus contritis et confessis De misericordia omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi Centum quilibet Kardinalis et quadraginta quilibet Episcopus dies indulgentiarum perpetuis durituris impartimur Et de iniunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Treviri ... Februarii Anno domini Mo CCCC ... Indictione ... pontificatu ... in ... et domini nostri domini Nicolai divina providentia pape Vti anno eius octavo.

Instrumentum In causa Jurisdictionis

In nomine domini Amen. Sub anno Nativitatis eiusdem domini millesimo etc.
xxiiii mensis februarii Indictione septima Sacro Concilio Basiliensi presidente
in oppido Sandomiriensi et in cubiculo Reverendi in Christo patris etc. hora tercia
vel quasi Constitutus personaliter prefatus Reverendissimus in Christo pater
dominus Sbigneus etc. omnibus melioribus via modo iure forma et stilo
quibus melius et efficacius potuit scivit et debuit fecit constituit
et solempniter ordinavit suum verum et legittimum procuratorem actorem factorem
et negociorum suorum gestorem et nuncium specialem Circumspectum virum
Magistrum Marcianum paltherowsko Cancellarium Consistorii poznaniensis presentem
absentem tamquam presentem citra revocacionem aliorum procuratorum et presertim
honorabilis Nicolai de Viniernie Mansionarii in ecclesia Cracoviensi
et quemlibet aliorum per dictum dominum episcopum in causa quam habet seu
habuit coram Reverendo patre domino Andrea episcopo poznaniensi in ea
ecclesie parrochialis in podgrodze et super fructibus eiusdem ac eius
occasione cum religiosis monialibus et Abbatissa de antiquo Sandecz
ordinis sancte Clare et per ipsum dominum Nicolaum de Viniernie
substitutum aut substitutorum ad comparendum coram honorabili viro domino
Clemente de Drzeuicza Canonico poznaniensi ut et tamquam coram
persona honorabili et non tamquam Judice sibi competenti (propterea dominum
Clementem in causa et causis quas quadam commissione Reverendissimi patris
domini Juliani Cardinalis Romane ecclesie inter ipsum Reverendum patrem
et predictas Abbatissam et Moniales de Sandecz et quendam
Martinum Kapers Clericum Cracoviensis diocesis sibi commisse asserit
resistendum et recusandum / causas motas et quaslibet opportunas
allegandum excepciones quas forum ipsius declinatorias et iurisdiccionem
suam inappellantes dandum eiusdem defectus et vicia obiciendum
dicendum allegandum replicandum duplicandum triplicandum et qua-
druplicandum Unam seu plures interlocutorias seu peremptorias petendum et
ab ea aut ipsorum qualibet et quocienscumque contingerit illate seu infe-
rendo gravato seu gravando in Judicio et extra appellandum et
quascumque appellaciones Judiciales et extra Judiciales interponendum
appellacionesque seu appellaciones huiusmodi tam ipsi domino Clementi de Drzeuicza
quam parti adverse et aliis vel alii cui vel quibus interest seu intererit
notificandum publicandum et insinuandum apostolos petendum ac recipiendum

seu vicem proponendi expensas et dampna taxandi petendi super ipsis
ius iurandi ac omnia et singula faciendi ordinandi disponendi que
iurisdiccionem prefati domini Clementis impediunt evacuant et exinaniunt
et eludunt. Et que ipse Reverendus pater dominus Zbigneus etc. constitutus fa-
ceret seu facere posset si talibus personaliter interesset. Etiam si talia
essent que mandatum exigerent magis speciale. Ratificans insuper
laudans ipse Reverendus in Christo pater dominus Zbigneus etc. omnes actus per
predictum procuratorem suum Mathiam Palczowsky antea coram prefato
domino Clemente et Dzyrsiga tam circa excepciones et allegaciones
defectuum cuiuscumque et virorum ad constitucionem procuratoris in quibuscumque [?] tunc
et sub quovis tempore tam quaslibet personaliter factas et approbans
publice et manifeste easdem, volens eas ita validas atque
firmas atque proprias sicut facti fuissent promittens omnia premissa
rata atque firma grata perpetuo et inviolabiliter observare que in
premissis et circa premissa per dictum procuratorem suum facta sunt ordi-
nata aut disposita aut in futurum ordinabuntur et disponentur super quibus
omnibus et singulis prefatus Reverendus in Christo pater dominus Zbigneus Episcopus etc.
Acta sunt hec anno indiccione mense et loco quibus supra presentibus

Et ego Mathias Kloch etc. omnia presentis constitucionis ordinacionis
approbacionis ratificacionis aliisque omnibus et singulis dum sic etc.

Presentatio

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Zbigneo miseracione divina
Episcopo Cracoviensi aut eius in spiritualibus vicario generali patri et domino
graciosissimo. A de B. C de D. etc. patroni et presentatores
ecclesie parochialis in C. Reverencia debita cum promptitudine famu-
landi Reverendissime in Christo pater et domine graciosissime Cum Ecclesia parochialis
in C. vestre Reverendissime paternitatis diocesis per mortem et obitum Wyslai olim N. rectoris
ecclesie predicte ultimi et immediati Rectoris et possessoris eiusdem vacat
et vacare dinoscitur, cuius ius patronatus et presentandi ad nos
pleno iure dinoscitur pertinere. Ne igitur per diuturnam eius vacacionem
aliquod dispendium tam in spiritualibus quam in temporalibus committatur, per
v. p. Wyslaum dominum T. Canonicum Cracoviensem actu presbiterum duximus
presentandum et presentamus presentibus eundem supplicantes v. p. R. ut eundem
dignetur prefatum dominum T. tamquam ad hec idoneum instituere et inve-
stire ad dictam Ecclesiam in C. curam animarum administracionem spiritualium
atque regimen temporalium sibi in eadem Ecclesia committendo. Et alia ad v.
p. R. officium spectant pastorale. Datum Cracovie feria secunda Iudica
Anno domini 1477 Nostris sigillis presentibus subappensis :

Instrumentum ad petendum se [illegible] de ecclesia [illegible]

In nomine domini Amen. Sub anno a Nativitate domini [illegible]
Indiccione octaua Sanctissimo Concilio Basiliensi durante die vero mensis
mensis februarii hora vesperorum vel quasi in domo habitacionis honorabilis
viri domini Nicolai de Elgoth etc. in Cracovia sita in mei Notarii publici
infrascripti Testiumque subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum
presencia constitutus personaliter famosus dominus Georgius filius Georgii
Swory (?) Auis [illegible] Kolgeri (?) presentatus ad ecclesiam parochialem in Strozyska (?)
omnibus melioribus via modo stilo et forma quibus melius et
efficacius potuit et debuit fecit constituit creauit et solempniter
ordinauit suos veros certos legittimos et indubitatos procuratores actores
factores et negociorum suorum gestores et nuncios speciales et generales
Itaque specialitas non deroget generalitati nec econtra Venerabiles et
honorabiles viros dominos Andream (?) Io. de Dambrowka decretorum doctorem et
Johannem Dorincz (?) Capellanum pape etc. absentes tamquam presentes ambos
insolidum et eorum quemlibet ad petendum se de dicta ecclesia in
[illegible] vacantem per mortem discreti N. [illegible] ecclesie ultimi et inmediati
Rectoris per prefatum Reuerendum in christo patrem etc. institui et inuestiri
Juramentum quodcumque [illegible] institucionis fieri consuetum
in animam ipsius domini constituentis prestandi Literasque oportunas impetrandi
et optinendi et alia omnia faciendi et exercendi que in premissis
fuerint necessaria seu quomodolibet oportuna promittens ratum gratum
tenere et habere quicquid per predictos procuratores actum factum et ordinatum
fuerit in premissis et in nullo contrauenire sub omnium bonorum suorum
mobilium et inmobilium obligacione et ypoteca. Super quibus omnibus
et singulis premissis prefatus dominus constituens petiit sibi fieri a me
Notario publico infrascripto presens publicum Instrumentum. Acta sunt hec Anno
Indiccione Sanctissimo Basiliensi Concilio durante die mense hora et loco quibus supra
presentibus ibidem etc. testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego N. de [illegible] clericus [illegible] diocesis publicus Imperiali auctoritate
Notarius quia predictis constitucioni ordinacioni ratihabicioni aliisque
omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent etc.
ideo presens publicum Instrumentum manu propria scriptum exinde confeci et in
hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis consuetis signaui
rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

In nomine domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem domini millesimo ...
[...] Indictione octava. Sacrosancta Basiliensi synodo in spiritu sancto
legittime congregata universalem ecclesiam representante durante. Anno
vero Saturni xiiij mensis Marcii hora vesperorum vel quasi in ~~domo~~ presidio
Cracovia in domo habitacionis domini Henrici Archidiaconi Sandecensis
in stuba ... in area quo et ad dictum Petrum ab ecclesia Collegiata
sancte Marie Sandecensis Cracoviensis diocesis in mei Notarii publici infra
scripti testiumque subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia
Constitutus personaliter honorabilis dominus Petrus Rector ecclesie parochialis in
Strzeczechow Canonicus et Vicedecanus Cracoviensis eiusdem per Reverendum in Christo patrem
et dominum dominum Sbigneum divina episcopum Cracoviensem specialiter deputatus
omnibus melioribus modo via iure stilo et forma quibus melius et
efficacius potuit et debuit fecit constituit et solempniter ordinavit
suos veros legittimos procuratores actores factores et negociorum suorum gestores
et nuncios speciales honorabiles viros et circumspectos viros dominos Mathiam
de Mysleow vicarium perpetuum in ecclesia maiori Castri Cracoviensis et
Henricum de Strzelcze procuratores causarum Consistorii Cracoviensis
ambos et quemlibet eorum insolidum in omnibus et singulis causis
et causa quam habet vel habiturus est coram quocumque vel quibuscumque
Iudice vel Iudicibus delegatis vel delegandis, subdelegato vel
subdelegatis quacumque auctoritate datis vel dandis deputatis vel deputandis
cum quibuscumque persona vel personis tam spiritualibus seu spiritualibus
secularibus seu secularibus et presertim in causa ecclesie parochialis in Strzeczechow
coram venerabili domino Wenceslao de Borzimow Archidiacono et Canonico
Cracoviensi cum discreto Alberto ... presbitero dans et concedens
dictis suis procuratoribus plenum mandatum et omnimodam potestatem ad agendum
defendendum libellum seu libellos et quascumque peticiones simplices
et summarias producendum et ex adverso produci videndum litem contestandum
et contestari videndum Iuramentum calumpnie de veritate dicenda
in animam ipsius domini constituentis prestandum et ex adverso prestari videndum
ponendum et articulandum posiciones et articulos posicionibus et
articulis voce vel in scriptis respondendum et ex adverso peti et
respondendum testes literas Instrumenta et quevis probacionum genera producendum
et ex adverso producta arguendum reprobandum et impugnandum

Termina dilatoria et peremptoria, iuramenta de iure vel de calumnia laetas
obiciendi, opponendi, excipiendi, replicandi, duplicandi, triplicandi
et tum si iuris solempnitas quadruplicandi, allegandi, concludendi
et concludi, sententias tam diffinitivas quam interlocutorias ferri petendi
et audiendi. Et ab eis et quolibet gravamine illato vel comminato
provocandi et appellandi, apostolos petendi et recipiendi, appellationem
prosequendi, insinuandi, intimandi et notificandi, protestationes quaslibet
necessarias et oportunas in iudicio et extra faciendi, unum vel plures procuratores
seu procuratorem loco substituendi substitutosque revocandi et onus huiusmodi
procurationis in se vicibus iteratis reassumendi, totiens quotiens dictis procuratoribus
visum videbitur expedire, presenti nichilominus procuratorio in sua robore
duratura. Et generaliter omnia et singula faciendi, exercendi que in premissis
necessaria fuerint et oportuna, et que ipsi necnon dicti constituentes facerent
et facere possent, si premissis omnibus et singulis personaliter interessent, etiam
si talia sint que mandatum exigerent magis speciale. Insuper volentes
dicti constituentes prefatos suos procuratores et substitutum seu substitutos
ab eis ab omni onere satisdandi relevare, promiserunt michi Notario
publico infrascripto solempniter stipulanti omnia et singula que per dictos
suos procuratores vel ab eis substitutos facta, gesta, disposita vel ordinata
fuerint, rata, grata atque firma tenere et habere ac inviolabiliter observare,
nec unquam contravenire verbo vel facto per se vel per alium, nec non
iudicio sisti et iudicatum solvi sub omni bonorum suorum mobilium et
immobilium obligatione et ypotheca. Super quibus omnibus et singulis
prefati domini constituentes petierunt a me Notario publico infrascripto
fieri unum vel plura publicum instrumentum. Acta sunt haec anno, indictione, die, mense,
hora et loco quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris
Johanne Dragosthy de Chrobrz, rectore ecclesie parochialis in Boleslaw,
Petro de Scherona, Stanislao de Starbinicza, clericis,
et Krziewosthio de [illegible] Sancti Michaelis Cracoviensis dioecesis, testibus
ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego ... etc. clericus Wladislaviensis dioecesis etc. Cum ea predictis procuratoribus
constitutioni, ordinationi, dispositioni, aliisque omnibus et singulis etc.

Quittatio

Ego Johannes Dlugosch Senior, Custos Wisliciensis etc. fateor et recognosco me ab
honorabili domino ... plebano in B... xl[iii] marcas recepisse, de quibus ipsum
quitto et absolvo per presentes. In cuius rei testimonium signetum meum
presentibus subimpressi. Datum Cracovie feria iii in die sancti Bernhardi, anno domini
... In cuius rei testimonium hinc cedule signetum quo utor appressi. 1460.

Instrumentum compromissi

Tenor eius sequitur. Sub anno Nativitatis eiusdem domini [illegible] predicto indiccione
octava sacrosancta Basiliensi sinodo durante die Sabbati
hora tercie vel quasi in villa Biskupice prope Lublin sita et curia Reverendi
in Christo patris domini Sbignei divina gracia episcopi Cracoviensis in caminata lignea
ex opposito piscine Cracoviensis diocesis in mei Notarii publici infrascripti testiumque
subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constituti personaliter
prefatus Reverendus in Christo pater dominus Sbigneus divina gracia episcopus Cracoviensis suo
et venerabilis Capituli sui Cracoviensis nominibus et honorabilis dominus Stephanus
Rector ecclesie parochialis in Kozsko Cracoviensis diocesis suo et ecclesie sue in
Kozsko nominibus volentes omnes lites grandes dissensiones controversias
et questiones inter prefatos dominos eorum decimarum manipularium in
oppido Kozsko et in villis Charlinow Stoczek Wolya Radzinowska
Korba et aliis quibuscumque quas Reverendus pater dominus Sbigneus episcopus
Cracoviensis pro mensa sua episcopali tamquam ex cruda radice consurgentes
ipse vero dominus Stephanus pro ecclesia sua in Kozsko asserunt pertinere
absque strepitu et figura iudicii terminare et consopire per viamque
veritatis et iusticie que unicuique quod suum est tribuit procedere satagentes
in honorabiles dominos Clementem de Przibislawice Archidiaconum Lublinensem
et Iohannem Bilina Rectorem ecclesie parochialis in Antiqua Radom
tamquam arbitros et arbitratores amicabiles compositores veritatis et iusticie diffinitores
omnibus melioribus via modo iure forma stilo quibus potuerunt et debu-
erunt de alto et basso compromiserunt et vigore presentis instrumenti
compromittunt dantes et concedentes prefatis dominis Clementi Archidiacono
et Iohanni Rectori plenam potestatem et omnimodam potestatem causam et
causas huiusmodi inter ipsas partes racione decimarum predictarum quomodolibet
exortas audiendi cognoscendi diffiniendi decidendi ad loca ubi
decime predicte consistunt personaliter descendendi rem oculis subiciendi
testes utriusque partis et quoslibet alios pro declaracione veritatis recipiendi
examinandi et ad dicendum veritatem et perhibendum testimonium veritati
per censuram ecclesiasticam et alias iuris penas cominandi ex dictis quoque
et testimoniis huiusmodi testium et ex hiis que ipsi [illegible] re ut premittitur
personaliter subiecta oculis viderint et cognoverint deum solum et
iusticiam pre oculis habendo instanter sentenciandi verbo vel in scripto
stando vel sedendo die feriata vel non feriata et qualibet diei
hora partibus vel earum procuratoribus presentibus vel absentibus [illegible]

ac alias peticiones faciendi, sententiam seu sententias et dicta testium publi-
candi et ad literas publicas et autenticas redigendi ac sententiam seu sententias vel
sententias debite execucioni et censuras ecclesiasticas mandandi, penas
quaslibet et vadia pro maiori firmitate seu firmitatis imponendi
et statuendi et partes ad ipsarum suscepcionem et ratihabicionem com-
pellendi, terminos iuris et quaslibet solempnitates atque observaciones
huiusmodi pro una die sumendi partes quoque ad emologandum eorum sententiam
cohercendi omniaque alia et singula faciendi que in premissis fuerint
necessaria aut quomodolibet oportuna ~~et que ipsi domini Reverendi in Christo patres~~
~~domini Sbigneus episcopus et dictus dominus Stephanus plebanus~~ etc.
si talia essent que mandatum exigerent magis speciale Recedentes
partes ipse et quelibet earum renunciantes omnibus excepcionibus appellacionibus
provocacionibus tam iuris quam facti ad quoscumque superiores concilium
generale sedem apostolicam aut metropolitanam aut ad arbitrium
boni viri promittentes sententiam diffinicionem et pronunciacionem prefatorum
duorum Clementis Orzechow(?) et Iohannis Rectoris in causa huiusmodi
dictorum(?) ferendam in omnibus suis clausulis atque punctis emologare
custodire observare, eique in omnibus et per omnia sub pena ducentorum
florenorum obedire et parere nec predictam sententiam aut eius partem
quovis colore ingenio vel via publice vel occulte per se vel per
aliud appellacionis iuris vel facti suspendere aut eciam quomodolibet derogare
sed perpetuo et inviolabiliter firmum ratum et gratum tenere et habere
quomodo tunc per eosdem duos arbitros Clementem Orzechow et Iohannem
Rectorem fuerit salva tamen in omnibus consuetudine laudabili
provincie Gneznensis de prebendis novalibus pro ecclesiis kathedralibus
et eorum pontifices pronunciatum ~~et diffinitum~~ et decretum Super quibus
omnibus et singulis prefati Reverendus in Christo pater dominus Sbigneus episcopus et
dictus dominus Stephanus plebanus pecierunt a me Notario publico infrascripto
fieri unum publicum instrumentum Acta sunt hec anno indiccione die(?)
mense et loco quibus supra presentibus ibidem dominis strenuis et
Nobilibus viris dominis Iohanne de Schemno(?) Cracoviensi et Scarbimiriensi(?)
preposito Iohanne Dlugossch custode Wisliciensi(?) Mathia Cracoviensi(?) Iohanne
de Schemno(?) succamerario Premisliensi Capitaneo Olschtinensi(?) et Nicolao
Schorcha advocato in Kasimirz(?) testibus circa premissa clericis et laicis
Gneznensis et Cracoviensis diocesis ad hoc vocatis specialiter et rogatis

Et ego Martinus Lob(?) etc. clericus Wladislaviensis diocesis etc. Quia
predictis compromisso facultatis concessioni renunciacioni
aliisque omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent
una cum prenominatis etc.

Instrumentum procuratorii constitucionis in causa
ecclesie parrochialis in Swyczechow(?)

In nomine domini Amen. Sub anno Nativitatis eiusdem domini millesimo
quadringentesimo quadragesimo quinto Indiccione octava Sacro Basiliensi Sinodo durante die vero
tercia mensis Marcii hora vesperorum vel quasi In domo habitacionis venerabilis
viri domini Henrici Archidiaconi Sandomiriensis in Cimiterio Sancti ... sita
In mei Imperiali auctoritate Notarii publici Testiumque infrascriptorum ad hec
vocatorum specialiter et rogatorum presencia Constitutus personaliter honorabilis vir dominus
Petrus Rector ecclesie parrochialis in Swyczechow(?) Cracoviensis diocesis
principalis, principaliter pro se ipso, omnibus melioribus modo via iure stilo
causa et forma, quibus melius et efficacius potuit et debuit fecit consti-
tuit creavit nominavit et solempniter ordinavit, suos veros certos legittimos
et indubitatos procuratores actores factores et negociorum suorum gestores
ac Nuncios speciales et generales Ita tamen quod specialitas generalitati non deroget
nec econtra, videlicet honorabiles et providos viros dominos Mathiam
de Myslow(?) vicarium ecclesie Cracoviensis perpetuum Canonicalem et Magistrum
Henricum de Stzegloye(?) procuratores causarum Consistorii Cracoviensis, absentes
tamquam presentes ambos et eorum quemlibet insolidum Ita quod non sit condicio melior
occupantis, nec deterior subsequentis, Sed quod unus eorum inceperit alter
prosequi mediare valeat et finire, ad prosequendum et protestandum causam
et causas que vertitur vertuntur seu verti et esse speravit coram venerabili
viro domino Wyeslao(?) de Borzymow decretorum doctore Archidiacono et Canonico Cracoviensi
Iudice et Commissario a dicta Basiliensi Sinodo deputato, inter dictum
dominum Petrum constituentem ex una et quendam Albertum Swyder ut dicitur presbiterum
predicte Cracoviensis diocesis, omnesque et singulos alios et sua communiter vel divisim
interesse putantes, de et super dicta sua ecclesia parrochiali in Swyczechow(?)
et eius occasione partibus ex altera, et ad agendum et defendendum in causa
et causis huiusmodi tam coram dicto domino Wyeslao quam aliis Iudicibus commissariis
Delegatis Subdelegatis Ordinariis ~~Extraordinariis~~ Extraordinariis
datis seu dandis deputatis seu deputandis quibuscumque nomine
dicti domini constituentis et ipsius iure defendendum, Commissionem et alias
quascumque literas Admissam dicti Alberti Swyder partis adverse
prefato domino Wyeslao Archidiacono et Canonico Cracoviensi ab ipso Basiliensi

Synodo factum et omne jurisdictionem impugnandum libellum seu
libellos et alias quascumque petitiones summarias verbo vel in
scriptis dandum et recipiendum dari et recipi videndum litem seu
lites contestandum et contestari videndum de calumpnia vitanda
et veritate dicenda cum omnibus et singulis clausulis et capitulis
in et sub calumpnie juramento contentis jurandum et deliberandum
jurari que et deliberari videndum ponendum et articulandum ponique
et articulari videndum ~~ponendum et articulandum~~ positionibus et arti[culis]
partis adverse respondendum sibique responderi petendum et obtinendum
testes litteras scripturas instrumenta et quecumque alia probacionum genera
in modum probacionum producendum contra testes eorumque dicta et
personas necnon quecumque ex adverso producta et producenda dicendum
et excipiendum replicandum duplicandum triplicandum quadruplicandum
crimina et defectus opponendum et probandum judices et loca
conveniendum et concordandum ipsosque et ipsa suspectos et suspecta
recusandum suspicionisque causam allegandum declarandum et declarari
petendum concludendum et renunciandum concludique et renunciari
petendum sentenciam seu sentencias tam interlocutorias quam diffinitivas
ferri petendum et audiendum ab eaque seu eis et a quocumque alio
gravamine illato vel inferendo provocandum et appellandum apostolosque
petendum et recipiendum provocacionem seu appellacionem huiusmodi prosequendum
intimandum insinuandum et notificandum beneficium absolucionis
simpliciter vel ad cautelam necnon restitucionis in integrum principaliter
vel incidentaliter et quecumque alia juris beneficia impetrandum et
obtinendum impetratisque ex adverso contradicendum expensas dampna et
interesse taxari petendum et super eis jurandum unum quoque vel plures
procuratorem vel procuratores loco eorum vel cuiuslibet ipsorum substituendum et
eum vel eos revocandum et omne procuratoris onus reassumendum
tociens quociens opus fuit et eis vel eorum alteri visum fuerit
expedire et generaliter omnia et singula faciendum dicendum gerendum
exercendum et procurandum que in premissis et circa ea necessaria fuerint
seu quomodolibet oportuna et que ipsimet constituentes facere et facere
possent si premissis omnibus et singulis presentes et personaliter interessent
etiam si talia forent que mandatum exigerent magis speciale
quam presentibus est expressum Promittentes insuper dicti constituentes
michi Notario publico infrascripto ut et tamquam publice et
autentice persone solempniter stipulanti et recipienti vice et
nomine omnium et singulorum quorum interest intererit seu interesse

poterit quolibet in futurum se ratihabere gratum atque firmum perpetuo habituros totum id et quicquid predictos suos procuratores ab eisque et eorum altero substituendos seu substituendis ab eorum altero dominum factum gestum procuratum ve fuerit in premissis seu aliquo premissorum Relevantes exnunc et relevare volentes eosdem procuratores ac substituendos ab eodem et eorum quemlibet omnino et divisim ab omni onere satisdandi judicio sisti et judicatum solvi cum omnibus et singulis clausulis necessariis quolibet et oportunis Sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum mobilium et immobilium et qualibet alia juris et facti cautione ad hec necessaria Protestans insuper idem dominus constituens quod quemcunque actum seu quaecunque procurationem quem seu quam ipsum in judicio vel extra facere contigerit Non intendit propterea dictos suos procuratores aut eorum quemlibet et substituendos ab eisdem in aliquo revocare nisi de revocatione ipsa specialem et expressam fecerit mentionem Super quibus omnibus et singulis premissis idem dominus constituens sibi a me Notario infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri petiit instrumentum seu instrumenta Acta sunt hec et sunt hec [illegible] judicio Dicta Cracovia curiali Basilicis Anno mense [illegible] feliciter presentibus ... hora et loco quibus supra presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Johanne Drogostski de Ch[illegible] plebano in [illegible] Marco de Premislia Capellano Capelle domini episcopi Cracoviensis Petro de [illegible] et Stanislao de Skarbimiria Clericis Cracoviensis et premisliensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Comenda

Sbigneus Miseratione divina etc Discreto Petro plebano in R. in Christo nobis dilecto Salutem in domino Cum pro iure iuspatronatus Ecclesie in R. inter patronos et eorum putatos lis pendet indecisa Unde in Ecclesia ipsa ex contentione patronorum in Cura animarum et administracione spiritualium negligitur Tibi tamen nobis comendatur legalitas [illegible] duximus comendanda Comendamus quod infra hinc ad festum sancti Stanislai in Mayo in dictis partibus Curam animarum administracionem spiritualium et Regimen temporalium eiusdem tibi presentibus committimus Ita tamen quod de animabus taliter tibi commissis Deo optimo in die districti judicii et futuro successori de perceptis debitam volueris reddere racionem Super quo tuam oneramus conscientiam Insuper alias omnes comendas quas ante per eadem Ecclesia in R. dederamus aut [illegible] dedit irritamus revocamus et cassamus presentibus Datum Cracovie etc Nostro sub sigillo presentibus subimpresso/

Instrumentum arbitrorum submissionis et [...]

In nomine domini Amen. Sub Anno Nativitatis eiusdem millesimoquadri-
gentesimo quadragesimotercio Indiccione Sexta. Sacro Concilio
Basiliensi durante. Die vero quinta mensis Octobris hora tercia vel
quasi In ambitu curia Sancti francisci fratrum minorum in Cracovia. In
mei Imperiali auctoritate publici Notarii testiumque infrascriptorum ad
hoc vocatorum presencia. Constitutus personaliter Reverendus in christo
pater et dominus dominus Sbigneus dei gracia Episcopus Cracoviensis Advocatumque
ad sui presenciam Discretum petrum plebanum in pathek sue dioc
Cracoviensis. Exposuit se suo et ecclesie sue predicte nomine causam
habere contra prefatum petrum occasione decimarum Novalium in villis
scilicet pathek maiori potorzek minori wolya de potorzek wirzche-
wyska. Slyrow wangliro brzeziza Schnisczyn et Bosziradow
predicte Cracoviensis dioc in terra lublinensi consistentibus provenientes et
excrescentes. asserens huiusmodi decimas ad se et mensam suam Episcopalem
de iure spectare et pertinere. Volensque super huiusmodi decimis novalibus
cum dicto petro per formam iuris experiri. eundem monuit et requisivit
ut terminum arbitrum iuris nominaret et eligeret qui secundum sacrorum
Canonum statuta de huiusmodi causa cognoscerent pronunciarentque ac sententia de-
bito fine terminaret. Quamquidem requisicionem taliter factam ut premitti-
tur memoratus petrus ibidem personaliter constitutus huiusmodi requisicionem
iustam et iuri consonam et veram considerans. Non compulsus
nec coactus, sed mera sponte voluntate et certa sciencia, in electionem
huiusmodi arbitrorum consensit. Et tandem matura et solempni hincinde
deliberacione super huiusmodi arbitrorum electione et nominacione prehabita et
ad eandem procedentes. Prememoratus Reverendus pater dominus Sbigneus
Episcopus predictus pro parte sua nominavit elegit et deputavit venerabilem
virum dominum Nicolaum Spiczimer de Crac. Cantorem et petrus
predictus similiter pro parte sua et predicte sue in pathek ecclesie venerabilem
virum dominum Johannem de Elgoth scolasticum et Can. Cracoviensem
decretorum doctores. Submittentes se quo ad causam predictam eorum
iurisdiccioni et cohercioni. Causeque et causarum huiusmodi cum eius
suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis cognicionem. tociusque
arbitrorum iuris. omnibus melioribus modo via iure stilo causa
et forma quibus melius et efficacius ad facere disponere et ordinare
potuerunt et debuerunt. et eorum quilibet facere potuit et debuit.
Super quibus omnibus et singulis huiusmodi prefatus plebanus Reverendus in
christo pater dominus Sbigneus Episcopus suo et predictus petrus similiter suo
et dictarum suarum ecclesiarum nominibus a me Notario publico infrascripto

sibi unum vel plura publicum seu publica fieri et confici petierunt
et eorum quilibet petiit instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno
Indictionis predicto Sacro Basiliensi Concilio sedente predictum die mense
hora et loco quibus supra presentibus ibidem honorabilibus viris domino Andrea
Mestsyka Scolastico Gneznensi et Canonico Cracoviensi Thoma de Strzempino
Paulo de Zathor decretorum doctoribus canonicis Cracoviensibus testibus ad premissa
vocatis specialiter et rogatis.

Et ego N. Iohannes de etc. etc. publicus imperiali auctoritate
Notarius Quia predicte requisitioni arbitrorum nominandorum
submissioni aliisque omnibus et singulis premissis dum sic
etc. premitti

Scribatur in forma premissa mutatis mutandis aliud quodlibet simile
instrumentum.

In nomine domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem domini millesimo etc.
Indictione octava Sacro Concilio Basiliensi durante die vero
mensis Maii hora tercia vel quasi in Curia Episcopali Ecclesie Cracoviensis
In Civitate Cracoviensi sita in mei imperiali auctoritate Notarii publici
testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia
Constitutus personaliter Reverendus in Christo pater et dominus dominus Sbigneus
dei gracia episcopus Cracoviensis exposuit se suo et Ecclesie sue Cracoviensis
predicte nomine causam et causas habere contra et adversus quendam
Paulum plebanum in Kasbow Cracoviensis diocesis ibidem tunc presentem et
astantem pro eo et super eo quod decimas novalium in villis videlicet a b c d
~~predicte diocesis~~ nomine et aliis manipularibus in villis videlicet e f g
predicte diocesis Cracoviensis in terra Lublinensi provenientibus et excrescentibus
et earum occasione assumens easque decimas ad se et mensam suam
episcopalem de iure spectare et pertinere. In quibus eundem Paulum sibi
iniuriari dicebat, volensque super hiis et earum occasione cum ipso Paulo
in forma iuris experiri. Eundem monuit et requisivit ut certos
arbitros iuris nominaret et eligeret, qui secundum Sacrorum Canonum
Statuta et decreta de huiusmodi causa et causis cognoscerent eamque
fine debito mediante iustitia terminaret. Quamquidem requisitionem etc.
ut in priori retro proxime describatur.

inter Mart. tm procuratorem et cancellarium Cracoviensem super quibus omnibus
et singulis assumpta ut clausula vere et pro premissorum maiori
substancia et cautela sepe fate partes terminum peremptorie ad compa-
rendum coram dictis dominis arbitris in Cracovia et in causa seu
causis huiusmodi procedendum et procedi videndum ulterius et quidem diem
que erit octava dies Junii mensis iuncte sequentis reassumpserunt
deputaverunt et assignaverunt sub penis et censuris ecclesiasticis ac aliis
iuris remediis necessariis et oportunis super quibus omnibus et
singulis etc. ut supra.

Investitura

Nos de C. prepositus Collegiate Wisliciensis et canonicus Cathedralis Crac.
Ecclesiarum Discretis viris vicepreposito necnon et vicariis canonicis predicte
Ecclesie Wisliciensis presentibus quos requirimus Salutem et sinceram in domino
caritatem. Cum de vicaria canonicali predicte Ecclesie Wisliciensis
vacante per mortem et obitum olim discreti fratris eiusdem vicarie ultimi
et immediati vicarii et possessoris ad presentacionem honorabilis domini P. de
B. canonici Ecclesie Cathedralis et canonici predicte Ecclesie Wisliciensis
ad quem ius presentandi et collacio eiusdem vicarie sic vacantis
racione suorum canonicatus et prebende predictorum spectat et pertinet discreto
S. de O. actu presbitero nobis sufficienter requisitum viso et
huius litteris presentacionis prefati domini P. tamquam in nomine domini
auctoritate qua in hac parte fungimur instituendum duximus et presencium
tenore instituimus et investimus curam et administracionem spiritu-
alium et temporalium vicario eiusdem vicarie pro tempore ambulancia
sibi committentes quocirca vos supradictis vicepreposito et vicariis
sepe dicte ecclesie in virtute mandamus quatenus prefatum S. vicarium
vestris presentibus peracto per ipsum ex parte vestra fueritis requisiti
ad dictam vicariam inducatis ac in vicarium ipsius Ecclesie Wislic.
et fratrem vestrum ut moris est recipiatis possessionem realem et
actualem ipsius vicarie et eius fructuum reddituum proventuum
pertinenciarum et obvencionum omnium et singulorum sibi assignantes
de eisdem quos reddi per eos ad quos pertinet faciendum et
vos ipsi quantum in vos est respondentes. Actum et
Datum Crac. etc. Nostro sigillo presentibus subappenso presentibus
ibidem A. de B. C. de D. testibus circa premissa.

In nomine domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem domini millesimo quadringentesimo [illegible] etc.
Constitutus personaliter Reverendus in christo pater etc. suo et totius sui Capituli nomine
constituit suum verum legittimum procuratorem actorem factorem et negociorum suorum
gestorem [illegible] [illegible] [illegible] absentem tamquam presentem dans et
concedens eidem [illegible] [illegible] plenam posse et omnimodam potestatem ad reponendum
rotulum et commissionem in causa que vertitur inter prefatum Reverendum in christo patrem
constituentem ab vna et discretum paulum plebanum de [illegible] [illegible] decimarum
manipularium coram venerabili domino Nicolao de Elgoth Scolastico et [illegible]
de Narrnowa tamquam [illegible] [illegible] coram venerabili viro domino [illegible] Officiali
lublinensi Judice commissario et ad petendum aliud [illegible] testes [illegible] sunt
[illegible] [illegible] [illegible] patris domini [illegible] Episcopi constituentis coram principalibus
Judicibus producti citandi Jurandi examinari petendi et quascumque
[illegible] ad [illegible] testimonium [illegible] super articulis predictis appelli
petendi dilaciones quascumque [illegible] petendi dicta testium [illegible]
[illegible] petendi et ea [illegible] Judicialibus principalibus remittendi et generaliter
omnia et singula faciendi exercendi que in premissis necessaria fuerint et
quomodolibet oportuna et que ipse Reverendus pater dominus [illegible] Episcopus constituens
facere et fieri posset si premissis omnibus et quibuslibet premissorum presens
interesset etiam si talia sint que mandatum exigerent magis speciale
promittens omnia et singula per eundem suum procuratorem gesta ordinata et
disposita fuerint in premissis rata grata atque firma tenere sub omni
suorum [illegible] et [illegible] ypoteca et obligacione. Super quibus omnibus
et singulis prefatus Reverendus pater etc. a me Notario publico infrascripto
peciit sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum seu
Instrumenta confici. Acta sunt hec anno etc. [illegible]

Processus Cum aliqua negligentia uel distractio in quacumque Ecclesia cognoscitur fieri.

Obi[illegible] Venerabilibus etc. domino decano sacre theologie professori et
[illegible] custodi Magistro theologie etc. Sandecensibus in christo nobis
dilectis salutem in domino Non solum fama [illegible] sed etiam relacione
[illegible] docti sumus qualiter in hospitali Ecclesie Conventualis
ordinis premonstratensis in Nova Sandecz negligencie in cultu divino
multipharie committuntur et bona eiusdem distrahuntur ita quod laudes
in eadem [illegible] et custoditi per quos honor dei [illegible]
et devocio crescebat processu successive peniunt et corda fidelium scanda-
lisantur et in fervore devocionis tepescunt Volentes itaque providere
ut tenemur [illegible] et regiminis nostri [illegible] decor in Ecclesiis nobis
subiectis amplietur quam decrescat Vobis in solidum committimus, dantes vobis
plenam tenore presencium facultatem ut captato aliquo die vobis competenti ad
dictam Ecclesiam conventualem personaliter descendatis omnes negligencias defectus et
distracciones examinetis et inquiratis quas tam in Ecclesia quam in bonis et in
subditis eiusdem introductas et eos corrigatis et tam in capite quam in
membris reformatis et cultum divinum debitum et laudes in eadem Ecclesia
[illegible] et observari et [illegible] bonorum et in subditis regularem disciplinam
faciatis Datum etc. Nostro sub sigillo.

Johannes de J et A de L Judices seu arbitri Juris a
partibus infrascriptis pro cognicione et decisione cause que inter
ipsas occasione etcetera decimarum novalium vertitur in forma Juris
electi et specialiter deputati Nuper J et Albertum in dicto Judicio
nostro constituti presencia providi J Remi ex una et D Koy
lis ex parte ex altera partibus et eorum quilibet pro se nomine
exposuerunt quod licet in causa inter partes predictas coram nobis
et Commissario vestro Articulis et posicionibus ipsarum partium ad
probandum alias admissis certam dilacionem pro testium inductione Judices
pro eorundem testium recepcione vos dominum Clementem per ipsas
partes electum et nominatum et de earum assensu et vos Martini de
putassemus Tamen propter viarum a loco in quo per utrasque partes
testes produci debuissent longe distancias lublinen longam absentiam
tempus eiusdem dilacionis dempta modica quantitate effluxit Sed
aliam novam dilacionem ad probandum eorum hinc inde articulos per
testium et aliarum probacionum inductionem et recepcionem ut utrique
intencio melius informetur per nos ipsis et eorum partibus predictis
dari et assignari debita cum instancia petiverunt Quocirca ne
cuiquam copia probacionum subtrahatur et iusticia occultetur petenda
eorundem partium annuentes vobis domino J remissas Committimus hinc inde
testium et aliarum probacionum per utrasque partes inducendarum nostri
honoris vice Commissariorum recipiendarum et tenore infra hinc et
testium seu Martini prope affuturum recepcionem faciendi vocatis
tamen partibus Sciam cum potestate citandi et compellendi ipsos
testes si se gracia odio timore vel favore testimonium veritati
perhibere subtraxerint et aliis qui de iure fuerint compellendi
et compellendis Datum etcetera

Alia pro dilacione

J Nuper Nobis ad Jura reddenda pro tribunali sedentibus
constituti in nostra presencia providi J ponentes et eorum quibus supra
nominibus exposuerunt quomodo adhuc ad probandum eorum intencionem
testes complures in causa inter dictas partes coram nobis vertente
hinc inde habeant necessario producere Sed non obstantibus dilacionibus
aliis per ipsas partes pro testium productione habitis consumatis
et expletis ut magis veritas eiusmodi in lucem prodeat
et copia probacionum habeatur unam aliam dilacionem ipsis
per nos dari pro testium et aliarum probacionum productione hinc inde
petiverunt quam ipsis extunc concedendi duximus et concessimus

Vestre in prefata civitate presbiteros sue nationis Hungaros ad quod testium
examen et receptionem admitti postulant. Quocirca vestre
dominationi cui reverendissimi prefato principatus committimus partes, ut
mihi primus vestre per nos concesse facultatis admicto presbiteros
prefatos cum gratia [illegible] aliter in urbe et sub eiusdem [illegible]
[illegible] [illegible] et alias [illegible] quas presbiteros
[illegible] [illegible] coram vestra [illegible] [illegible] [illegible]
et omni [illegible] a die [illegible] [illegible] [illegible]
vestra sede recipere et examinare in forma iuris
[illegible] testimonia quod [illegible] si [illegible] fuit ad [illegible]
[illegible] vestri pro [illegible] credulitatem [illegible]

Nunquam credidissem r. p. v. tam iniustam animi concepisse [illegible]
me [illegible] exponere. Certe enim [illegible] causa turbatus [illegible]
d. [illegible] quod intimi ab ipse [illegible] et [illegible]
quamvis [illegible] possum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] abstine [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ingenio [illegible] est [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] pro [illegible] quos putabam [illegible] amicos [illegible]
in [illegible] [illegible] et [illegible] ad [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sed ut [illegible] [illegible]
[illegible] me [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] me
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
si [illegible] in [illegible] [illegible] sic [illegible] est et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] et amicorum
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] faciam
[illegible] [illegible] [illegible] leges amicitie [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] experientia

[illegible]

Raphael [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]
[illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Et quia [illegible] [illegible]

quolibet in futurum quibus et vos tenore presentium in
hibemus inhibemusque ipsoque per se vel per alium sive alios publi-
ce vel occulte directe vel indirecte seu quovis quesito
colore causa huiusmodi coram dicto officiali nostro Grecensi
pendente indecisa in contemptum et vilipendium nostre iuris-
dictionis dicti quoque Alberti appellantis preiudicium et gravamen
aliquid attemptare seu innovare presumat seu presumant
quamvis tamen alias si secus fecerint id totum cassare annullare
revocare et ad statum pristinum reducere curabimus seu ipse
vir commissarius curabit iustitia mediante. Et ad ea que iure
fuerint tamen parte dicti Alberti dandum deus procedimus demum
dictis citacionis et inhibitionis litteris per nos decretis et
concessis dictus Albertus sua nobis expositione monstravit
Quod nonnulli iudices officiales delegati subdelegati
executores subexecutores notarii et tabelliones ac
alie persone tam spirituales quam seculares et signanter prefati
Jacobus officialis laurentie et ipsius assistentia notarii penes
se habent et retinent et in notam seu notas receperunt
diversas scripturas tam publicas quam privatas iura acta
litteras processus sententias privilegia et documenta ad causam
huiusmodi facientes et facientia et sine quibus
de huiusmodi causa meritis liquere ad plenum non potest petiit
quod cum instantia debita de remedio sibi per nos oportuno
provideri Nos igitur attento quod boni iudicis est cuncta

rimari vobis et cuilibet vestrum Sub penis prescriptis
committimus et iubemus Ceterum ne executionem dictorum
causa processuum et literarum facti veritas obumbret Et ta-
bendi iustitia deperireant [illegible] valeat personaliter
attendentes prefatum dominum Jacobum officialem [illegible]
et suos consistorii Notarios et alios omnes et singulos
qui pro parte dicti vocati fuerint Si commode adiri
poterunt alias in Ecclesiis vestris et domibus ipsorum publice
proponens moneatis quos presentibus nos monemus ut infra
unum mensem a die insinuationis et excommunicationis presentium computan-
do quem ipsis et cuilibet ipsorum pro trina canonica monitione et
peremptorie terminum prefigimus et assignamus predicta acta instru-
processus iura privilegia et munimenta Et alias scripturas
tam publicas quam privatas in causa institutionis cor-
poris productas et perditas sufficienter publicatas autenticas sigil-
lis sigillatas et sigillata et alias talia modo et forma
dispositas disponantes quod eis aput dominum nostrum officialem
Gneznensem Et tam in iudicio quam extra modo valeat ad-
hibere plena fides nil addendo vel minuendo quod facti
substantiam mutat aut variat intellectum expensis dicti Abbatis
appellantis taxandis moderatis expedienda Et eidem officiali
vero domino Gneznensi afferenda ipsi Abbati appellanti aut
ipsius procuratori dent tradant et assignent alioquin alias
omnes et singulos in premissis rebelles nos monitione excommunica-
tionis Exclusive et excommunicamus in his scriptis quos et vos sic excom-
municatos vestris in Ecclesiis infra missarum sollempnia
annunciatis et annunciare curetis singulis diebus dominicis

dicte vero excommunicationis etc. / et quicquid in premissis feceritis / per manum nostri
annotacionis
subscripcionem aut instrumentum publicum exinde confectum / fideliter intimare curetis /
et testimonium tamdiu donec a nobis absolucionis beneficium
meruerint optinere et a nobis aliud habueritis in mandatis
diem
Reddite vos executores presentium et quicquid in premissis feceritis per
vestras patentes litteras presentium seriem continentes officio Gneznensi reddatis
cerciores in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum
presentes nostras citatorias in habitu compulsorie litteras per Notarium
nostrum subscriptum scribi et nostri Sigilli iussimus impressione
communiri Actum et datum in B die lune XIII mensis
Maii Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio
hora terciarum vel quasi Indictione sexta presentibus venerabili
et egregiis ac discretis viris Thoma de S sacre theo-
logie professore et decretorum Doctore Canonico
Ecclesie Gneznensis etc.

Processus pro Rege in Turcis victoria optinenda

Vincencius Dei gracia sancte Ecclesie Gneznensis Archiepiscopus et
primas universis et singulis Rectoribus vicesplebanis altaristis
et presbiteris tam secularibus quam religiosis in civitate lanciciensi
degentibus Salutem in Domino. Cum a Serenissimo principe domino
Wladislao Regi Hungarorum Polonie etc etc Illustrissimo
Novissimis diebus videlicet ipso die etc de crucifixis hostibus
Turcis gloriosum triumphum celitus collatum super-
tanta innumerosa ipsorum multitudine in forti brachio dextre
excelso potentissime prostrata prout hoc ipsum tam ex sue
maiestatis quam aliorum sibi adherencium relatu notissimum
recepimus unde de tanta Dei gracia divinitus collata sue maie-
stati divina est et in ymnis et canticis collaudanda tanto

secundis rebus ipsam regiam maiestatem secundet successibus
Mandamus vobis quatenus mox visis presentibus sollemni
in pulsu campanarum premisso Te deum laudamus aliosque
cantus atque suffragia patronorum regni vobiscum pat
cara Christi fidelibus solempniter decantetis Indulgentias
centum annorum qui viginti dierum orationem pro pace
regni et pro victoria obtenta Iepidicus Apostolicus Auctoritate
universalis ecclesie nobis concessa largimur Datum etc.
Inhibicio contra eos qui Iura decime ecclesie detinet

Nicolaus de Calis decretorum doctor Reverendissimi
in Christo patris et domini domini Vincencii dei gracia sancte Gnez-
nensis ecclesie Archiepiscopi et primatis vicarius in spiritualibus
et officialis Gneznensis generalis honorabilibus et discretis viris
Ebdomadariis Chororum Cathedralium in Poznania
in ploczska necnon Collegiatarum in lancicia et in lowi-
cowicz Ecclesiarum Ceterisque presbiteris curatis et non curatis
per et infra Civitatem et diocesim Gneznensis et Pozna-
niensis et plocensis ubilibet constitutis presentibus requirendis
Salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere
Audivimus postquam in causa appellacionis que inter honorabilem
dominum petrum polonum in Gambinis et prima et fundi
in Christo patrem et dominum dominum Andream dei gracia episcopum
Poznaniensem etc. et super decimis in villis Samiczicz
Crzczewo Lypienska Starepolie etc. et earum attori
taxam Kobel vertebatur partibus exacta ad nonnullos
actus et terminos iudiciales usque ad articulos per partem
Eiusdem producendos ipsorumque admissionem processum

Tandem circumspectus Magister Petrus de Brunn Causarum
Consistorii Gneznensis et domini domini Episcopi sui per dictum
procuratorem mandato apud acta Cause huiusmodi littere est dictum
documente coram nobis die inferius annotata iudicia-
liter tempore exposuit quod Nonnulle tam spirituales quam
secularis persone Nonnulla scripta iura privilegia litteras
et munimenta tam huiusmodi ~~archivis et biblioteca~~ habent tangentia
et tangentia contineri quam et generaliter in suis archivis scriniis et
bibliotecis habent et detinent habentes que sciunt sine quorum providere
quibus de iure cause ad plenum liquere non potest dirimere
nobis debita cum instantia supplicavit quatenus sibi de reme-
dio oportuno providere sibique nostras Compulsoriales litteras
in forma solita et fieri consueta contra et adversus predictas
personas dare et decernere dignaremur Nos tunc attendentes
quod iusta petentibus assensus non est denegandus bonum quod iudicis
est cuncta rimari Ne occultatione huiusmodi iurium et similium(?)
veritas elidi possit quoquomodo valeat deperire huiusmodi nostras
Compulsoriales litteras petitas decrevimus fore dandas et
damus ac decernimus propterea vobis igitur in virtute sancte obediencie et
sub excommunicationis pena quam in vos et vestrum quemlibet trina trina
dictatat(?) dictas Canonica monitione premissa ferimus in hiis scriptis
nisi mandatis nostris huiusmodi parueritis cum effectu districte
precipiendo mandamus quatenus attentius personas omnes et singulas per-
sonas tam spirituales quam seculares nobis ex parte dicti reverendi domini
patris domini Episcopi vestri nominandas nominandas ipsas salubriter inducentes
moneatis et requiratis quas quemlibet vestrum nos etiam

tenore presentium requirimus et monemus ut infra tres dies de
vestram requisitionem et monitionem huiusmodi immediate sequentes quas
sibi pro trina et canonica monitione et termino peremptorio prefigimus
et assignamus huiusmodi Jura privilegia litteras scripturas
et munimenta dictarum terrarum suarum concernentes et concernentia In
quibus vos vel aliqui vestrum vel officiales vestri dicto domino Episcopo dant
tradant et realiter cum effectu assignent ipseque copiam huiusmodi
privilegiis et Juribus copiandis correctas auscultatas nobis
usus suum expediat reportandum una cum rotulo Arre-
stationum et remissionum per nos inde decretis sub tenore
modo et forma dispositis quod eis in Judicio vero et alibi
fides plenaria valeat adhiberi nil addendo vel minuendo
quod facti substantiam mutet aut ~~monitum~~ variat intellectum Alias
lapso dicto termino si dicti moniti et requisiti in dispendium
aut prorogationem nostre Jurisdictionis et prefati domini Episcopi
premissa efficere in contumaciter adimplere neglexerint extunc
et exnunc ipsos Christi nomine invocato excommunicamus in hiis scriptis
Et nos et vos [illegible] alendi huiusmodi in mandatis

Diem vero executionis vestre
De executione vestra presentium et quicquid feceritis in premissis nobis per
vestras patentes litteras sive Instrumentum publicum cum vestris nominibus
et cognominibus annotatione nobis reddatis tenores huiusmodi cum
singulorum premissorum presentes litteras per Notarium nostrum scribi
et publicari Sigilli nostri appensione iussimus communiri fecit et
Datum die Veneris anno domini Millesimo quadragentesimo
octavo /

Et ego [illegible] Executor omnibus et singulis premissis dicto vero [illegible]
Diem vero executionis presentium et quicquid feceritis in premissis nobis per vestras patentes
litteras habentes seriem sufficienter designatam huiusmodi aut Instrumentum
publicum remissis presentibus fideliter intimare curetis /

Copia remencionalis ad papam

Sanctissimo in Christo patri et domino domino Martino divina pro-
videncia pape quinti Sacrosancte romane et universalis
Ecclesie summo pontifici Johannes de Sluppowa archipresbiter
et officialis Wladislaviensis Judex commissarius a Sanctitate vestra
tam se et partibus infra scriptis specialiter deputatus devotas ora-
nes et oscula pedum beatorum Sanctissime pater et domine
clementissime noveritis quia mota materia questionis coram me
vigore et auctoritate commissionis antedicte inter Nobiles et
providos viros Mstislaum de Bemichelmo Thomam Nicolai
de Wilkoszerza Johannem Nicolai Polenmiri Nicolai de Ma-
Bemichelmo Nicolaum Koruth Michaelem Johannem Bagrissch
in Michaele Lamecz et Johanne de Budolthow necnon Mathiam ad-
vocati Petrum dictum Czyczeczek Wenceslaum Marzyan Albertum Petri
Stanislaum Andree Jacobum de Bemelmo Gregorium Wirzbowi
Stanislaum Swanthoslai et Jacobum Bialatha de Wilkoszerze laicos
necnon omnes et singulos incolas et habitatores locorum de Bemelmo
de Wilkoszerza et de Buthowo Poznaniensis diocesis actores ex una
et discretum dominum Petrum Rectorem Ecclesie parochialis in Brochowo
Gneznensis diocesis et de super iure parochiali dictarum villarum et
habitatorum et pro omnibus occasione eiusdem ex altera partibus in causa
rite et legitime procedendo summarie simpliciter judicaverim pro
[illegible] contumacibus premissa citatione coram predictum Petrum Rectorem
Ecclesie in Brochowo ad instanciam prefatorum Mstisla de Bemelmo
Thome Nicolai de Wilkoszerza et omnium et singulorum incola-
rum et habitatorum locorum predictorum ~~tamen actis~~ de Bemelmo de
Wilkoszerza et de Budolthowo communiter tamen actis commissionis
expedito et iurisdiccione per partes predictas approbata Demum
[illegible] libellis remissione [illegible] pro parte actorie et

Reconuencionali p pte rei oblate et producte nonnullis posicionibus et articulis et sup eisd hinc inde responsionibus ac lite legitime contestata et ex pose probacionibus secuta sup dictis posicionibus et articulis tam testium quam ecc aliorum probacionum providendum pte et publicate attestacionibus testium adpeticion dictarum et copiis eorundem date et p ptes recepte hincinde termino ipsis ad dicend contra predictas attestaciones testium per me assignato Subsequentur p partes dictas p vnd am attestaciones et dicta testium p nonnullas excepciones et replicaciones exstitit disputatum Et ultimo partibus utrimque citatis ad videndum audiendum concludi et procuratoribus et dictarum pcium concludentibus et concludi petentibus Suspenso petito no rei et in possessoris expedicionem potens tamen eisdem procuratoribus cum dictis ptes etc

Interdictum super occisionem sacerdotis

Vincencius dei gra Sancte Ecclesie Gneznen Archiepus Et primas univ et singulis parochialium Ecclesiarum Rectoribus et eorum vicariis plebanis viceplebanis seu loca tenentibus Ceterisque presbiteris et clericis Curatis et non curatis per et infra decanatum Sechaminen Fratrum oblatorum constitutis quibus presentes nostre litere dirigimtur seu ecclesie partibus requirende Atque in domino Oberdorff salutem fide declinante et iusticia . . . malicia hominum exigente hiis temporibus periculis plenis plurima dampnabilia tam clerus incepsit Et ecclesie solicit admittunt Sit quod nec sacro ordini parcitur nec sacerdotali defertur dignitati pridem ceterum pro ex testium sup inde receptorum plenaria et summaria informacion didicimus nonnulli iniquitatis filii discretum virum Clementem vicarium Ecclesie parochial in Brzeznim manus violentes temere inicientes dei timore postposito eundem in domo dni plebani Ibidem in Brzeznim tempto noctis silencio in humaniter occiderunt Et quia inculpis ex

mltorum (?) [illegible] iactura turpe est relaxare vindictam ut igitur tanti sceleris immanitas non sustineat impunita sed castigata appareat evidenter totum illum [illegible] decanatus Schczamijnen propter tantam sceleris patratam in manum ecclesiastico supponimus interdicto Mandantes vobis omnibus et singulis in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena quatenus huiusmodi interdictum occasione premissorum in dictum decanatum sacrorum Canonum vobis suadentibus et statuto provinciali super inde edito per nos latum observare debeatis tam diu donec a nobis aliud susceperitis in mandatis Datum in Scpirnowicze die sabbati vicesima secunda mensis octobris Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo Nostro Sub Sigillo presentibus sub pena presentem [illegible] processum [illegible] deferat sine mora iuxta morem observatum etc.

Contumacia super Iudeum

Iohannes de Elgoth decretorum doctor Canonicus vicariusque in spiritualibus et officialis generalis Cracoviensis Discretis viris vicariis Ecclesie parochialis Sancte Anne in Cracovia et presentibus requirendis Salutem in domino Cum perfidus Abraham Iudeus de Cracovia ad nostram litteratorie citatus presenciam Ad instanciam Honorabilis Nicolai Rectoris Ecclesie parochialis Ad sanctam Annam in Cracovia termino sibi termino nobis prefixo et assignato perhemptorie contumaciter minime comparere curaverit [illegible] huiusmodi contumacia exigenda nos eidem Abraham Iudeo christianorum commercium subtrahimus presentibus Mandamus vobis sub pena excommunicationis Quatenus in vestris Ecclesiis publice [illegible] omnibus et singulis [illegible] et singulis sexus utriusque Christi fidelibus districte prohibeatis quibus et nos sub pena excommunicationis et mortalis peccati penis [illegible] Et inhibemus ne cum eodem Abraham Iudeo aliquod commercium in emendo seu vendendo [illegible] Eidem christianis [illegible]

singulis diebus dominicis et festivis intra missarum solemnia denuncietis Tandem exequentes donec a nobis aliud habuerint in mandatis Datum

Littera Episcopi cum Indulgentiis super unam Ecclesiam noviter erectam

Universis christi fidelibus ... ad quos presentes pervenerint ... Salutem in domino
...
Anno et die ut supra etc

Interdictum sequitur

Johannes de Elgoth decretorum doctor ... Salutem in domino ...

et in fora Ecclie expressit et denominatus extiterat innodatus sed
ipsos dyabolo excutere laborare voluit in sentencia sustinuit et hucusque
tam presatis penitencialibus sustinet animo ipsius dampnabiliter indurato
in suo anime periculum plurimum et scandalum non modicum christifidelium
plurimorum Et quia iam crescente ipsius contumacia maiori merito
crescere debet et pena Et ne tanta perversitas rebellionis videatur
penitus reportare Ideo vobis predictas excommunicationis sentencias magis
et magis precipimus aggravare et reaggravare volumus et mandamus
quatenus ipsum sic excommunicatum aggravatum et reaggravatum singulis diebus
dominicis et festis vestris in Ecclesiis accensis et extinctis candelis
pulsatis campanis sub maiori multitudine populi assistente nunciatis
Et in choro vestro locum quem idem excommunicatus intraverit seu visitaverit
Ecclesiastico interdicto supponatis post ipsius recessum subito divina celebrando
vel in ibidem sub excommunicationis pena nullus presbiterorum audeat
applicare post tres dies eius recessus ipsius excommunicatione stante
divinum officium more solito resumatur Tamdiu exequentes donec aliud
aliud recipietis in mandatis Absolutionem vero eius nobis
vel maiori seniorum nostrorum in posterum reservamus Datum etc.

Aliud interdictum maius

Johannes de Elsgoth etc honorabilibus et discretis etc
ac aliis presbiteris curatis et non curatis et presbiteris
regimen Ecclesiarum et sinagam in domino caritate et vestris
semper cum presati domini episcopi fecerint humiliter mandatis
obedire Jam dudum Strenuum N. vestris excommunicationum aggravationis
reaggravationis superaggravationis et interdicti sentenciis ad instanciam
honorabilis N de N ratione non paritionis vestre diffinitive
sententie contra ipsum domini N et pro dicto N late omnium
decimarum manipularum preter raptarum canonica
monitione premissa extitit innodatus Quas quidem
excommunicationis aggravationis reaggravationis superreagravationis
et interdicti sentencias sustinuit per multa tempora

mente callosa et hereticorum sustinere non formidat animo ipsius
dampnabiliter indurato in anime sue pregrave periculum
et scandalum christifidelium non modicum plurimorum notorius
factus ecclesie ac ipsius contemptor datus in sensum
reprobum pharaonis imitatus duritiem tanquam lignum
tortuosum et aridum quod facilius frangi potest quam dirigi
et quia culpe gravitas sunt pena tanto diutius infelicem
animam detinet vinculis alligata et diuturnitas temporis
non minuit sed auget peccatum et licet eundem prefatum dominum
nostrum huiusmodi tulerit sententiam predictam per decem ulterius in locis
ad que ipsum declinare contingeret per recessum suum
abstinendum tamen quia dictum nunc dictum Lempertum dictum
super dictis nostris processibus et sententiis predictis sentimus tanquam
suis in hac parte voluntatibus plus delectantes quam sententie
severius non pertimescit perdurare ne igitur admirandi
delinquendi et penas excedendi huiusmodi ac ipsius ecclesie
sustinendi ipsorum exemplo sententiis predictis et dampnabili obstinatione
rigor pene lenescat sed potius exoleret cum maioris
culpe gravior pena debeat respondere et obstinationis
pene superioris sunt exaggerande ac cumulande vobis
omnibus et singulis supradictis abbati in parte et sub
excommunicationis pena mandamus quatenus in ecclesiis vestris capellis
prefatum prefatum vel salubrius inducere moneatis quem
nos etiam monemus presentibus ut infra spatium octo dierum
a die monitionis vestre huiusmodi sibi per vos facienda computandorum
quorum dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos
quatuor pro tertio et peremptorio termino ac canonica monitione
eidem obstinationi prefigimus et assignamus ab obstinatione sua huiusmodi
desistat. Quodsi non deffinitive cum eo et pro dictis
dominis vel laicis pareat et pro dictis sibi irrogatis satisfaciat
cum effectu si et [illegible] studeat ecclesie reconciliari unitati
et a dictis nostris processibus et sententiis prefatis resurgat
alias si secus fecerit et in dictis nostris processibus sit intendit
continuando perstiterit vobis ipsum dominum [illegible] predictorum

sex decem decursu dicte nostre excommunicacionis et interdicti sentencijs ri-
gore addentes treugam interdicti sua presentibus inmediateque
loca que circumstantes castra opida et villas que idem
N. tali excommunicatus interdictus et obstinatus devenerit et quamdiu
in eis moram traxerit ac post recessum suum de eisdem per
triduum ecclesiasticis horis septem subicimus interdicto. Vobis omnibus
supradictis sub excommunicacionis debito districte precipientes quatenus
dictum interdictum trino tantum campane horis singulis
cantetis interim quod dictus N. excommunicatus et interdictus
in locis vestris moram traxerit et post recessum suum per
triduum inviolabiliter observetis et faciatis observari taliter
ut vinculum et laqueum irregularitatis possitis evitare. Post
dicti vero N. excommunicati et interdicti de locis recessum dicto
triduo elapso divina officia et ecclesiastica obsequia
in vestris ecclesiis more solito resumatis. Tamen omnia
et singula premissa vobis omnibus et singulis supradictis
insinuamus prelatos intimamus et ad vestram noticiam deducimus
presentibus districte sub excommunicacionis pena mandantes quatenus
prefatum N. excommunicatum aggravatum reaggravatum supraaggravatum et inter-
dictum per vos ex parte nostre treugamus notatum
interdictum diebus in ecclesiis arceatis extra et in tra-
pictis candelis nolitisque pulsate sinite defun
savid solempna coram plebe nunc dum maior pars
ad divina audienda convenerit multitudine intrare certis
singulis diebus dominicis et festis facere ipsum N. pub-
plus in eius porta confessum et eius nomine publicum
libro accenso clamantes sulphure pice et facule sic
extincta sanza et ecclesiam pro pluribus confessum
moriendum et bapte proloze. Tandem premissa etc.

Pro faciendis processionibus tempore pluuie

Saltim et sincera in domo caritate / Diviam in eo ma-
iestate peccatis nostris fortasse exigentibus contemplamur
nos offendisse, quod rorem celi in faciem duram continuit
descendere. Et igitur ipsius divine dei benignitatis furore
suum, quem pro peccatis nostris meremur a nobis avertat

et graciam suam consequendam hic et in futuro conferat. Quocirca vos omnes et singulos requirimus in domino et hortamur quatenus die crastina pro exoranda altissimi clementia cum devotionibus processiones ad sacras reliquias ad ecclesiam sancti ... et talibus consuete fieri, ut orationes nostre in auribus domini sint efficaces et quod petita valeamus obtinere invitando populum easdem processionibus interesse et ad similia vota invitando. Datum

Pro festis anteponendis

Omnibus et singulis prelatis dominis canonicis vicariis ecclesiis presbiteris per et infra diocesim nostram et civitatem ... constitutis salutem. Cum festum annunciacionis beate Marie virginis quod inter alia festa solempniter est institutum celebrari de anno presenti debet cadere et premere die dominica Judica qua ecclesia catholica et solemptibus occupatur ... Et quia propter occupationem dicti diei dominice que privilegiata est predictum festum beate Marie virginis cum solempnitate solita absque divini cultus diminutione commode nequeat celebrari, Igitur prehabita deliberatione diligenti et matura capituli ... et officia predicti festi annunciacionis sancte Marie die sabbato proxime seu in vigilia dicte dominice Judica ... et ... presentibus. Quocirca communitatem vestram in domino requirimus et hortamur quatenus cultum dicti divini festi beate Marie virginis cum divinis officiis et horis canonicis vestris in ecclesiis ... et coram populo ad divina ... congregata celebrando cum solempnitate dicto die sabbato prout consuetum est indicatis et indicere studeatis. Datum

Dispensatio quam prescripta direxit in uxore

Significamus omnibus presentium notitiam habituris, Quod quidam predictus ... clericus nostre diocesis quandam virginem duxisset in uxorem quam matrimonium contractum flore ... supraverat ... Eadem quoque de hac luce sublata ... ... duxisset continuit et ... vitam ducendo laudabiliter viduatam. deinde divino inflammatus spiritu ad maiores ... ordines nostram accedens ... pertinam

supplicavit humiliter super hijs secum misericorditer dispensari Nos igitur
supplicacionem eiusmodi iustam attendentes volentes prefato eiusmodi tam
salubri dono super premissis dispensamus et dispensando prefatus
ut ad susceptionem ordinum dumtaxat minorum valeat et
in eisdem ministrare premisso tamen quod infra annum legale a data
presentium non procedat sed commissum defleat delictum
lapso vero anno predicto procedat In quo eius conscientiam
ipius oneramus In cuius rei etc.

Salvus conductus cum suspensione processuum

Stanislaus etc. et capitulum Wladislaviensis etc. Cum nos
Bartholomeo cum presbiteris dedimus et concessimus damus et concedimus
presentibus plenum salvum et securum conductum in
terris maioris polonie veniendi eundi et quousque
voluerint standi morandi negotia sua libere tractandi
et se conferendi cum suis rebus equis et personis infra hinc
ad festum sancti … proxime affuturum presentibus valitur contra
nos Stanislaus episcopus predictus cum et effectum suarum
et processuum quorumcumque in effectum Bartholomeum suos ac
complices et adherentes per nos ac officio nostro latos
ob spem concordie amicabilis inter nos et capitulum nostrum
ex una et Bartholomeum predictum partibus ab altera super
quibuscumque partibus iniuriis et offensis fiende tollimus
et suspendimus infra hinc et festum sancti … predictum
predictum inclusive harum testimonio literarum quibus sigilla
nostra sunt impressa Datum

Comenda cum absentia

Stanislaus dilecto … presbitero in … rectori ecclesie in
… cum obstante resignacione personis dicte … in
bonis eiusdem ecclesie facte … dilecti … veteri eiusdem
ecclesie rectori eandem ecclesiam non valeat residere nec
personam hic statum suum congruentem ita ut posset
onera prout ecclesie capiunt debitum suis fructibus

Nos animarum saluti provide cupientes et ne ecclesia predicta debitis
fraudetur obsequiis ipsum dominum N. infra tempus et terminum
annum a residencia personali et ab administracione spiritualium ac cura
animarum auctoritate nostra absolvimus et presentibus absolutum. Et quia
de tua circumspectione plenam fiduciam in domino obtinemus, ideo
discrecioni tue durante anno huiusmodi administracionem spiritualium
curam animarum et verum temporalium eiusdem ecclesie committimus et
prout in die districti judicii de animabus tibi commissis
debitam reddere velis racionem. Datum.

Salvusconductus Regnum intrandi

Wladislaus etc. Omnibus et singulis palatinis capitaneis dignitariis
prioribus nobilibus burgrabiis consulibus civitatum
et officialibus eiusdem terrarum maioris polonie et aliarum ad
quos presentes pervenerint graciam regiam et omne bonum.
Significamus [illegible] quomodo nobilis N. de N. eundem
justicia fieri volentibus hic in Regno se et [illegible]
cum quempiam exercuisset ad debitam equitatis [illegible]
se offert et submittit. Ideo nos [illegible] indignacionem et
offensam regie maiestatis remittimus et mediantibus presentibus
[illegible] eundem N. sub nostro salvo securo conductu regni
secure in terris nostris [illegible] intrandi pausandi standi
et quibuscumque personis respondendi et a se fieri
justicia volentibus exhibendi, suosque debitores ad
judicium seu judicia citandi et negocia sua prout
sibi videtur expedire disponendi pacifice ac libere
permittatis. Quibus dispositis aut non dispositis illuc
unde venit [illegible] aut alias sub eodem nostro salvo
conductu [illegible] infra tempus et terminum [illegible]
recursum facultate. Datum.

Salvus conductus Regine etc.

Omnibus et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus
necnon comitibus ducibus palatinis castellanis capitaneis

W M

Burgrauiis prefectibus Vicecapitaneis Magistris Civium Con-
sulibus necnon Theloneariis pontium passuum portarumque
custodibus ceterisque Officialibus presentibus requirendis fidelibus
et beniuolis nostris carissimis Salutem et sinceri amoris af-
fectum incrementum Specialiter Principes Magnifici ac Stre-
nui et nobiles ac famosi nos fuerunt nobis dilecti hono-
rabilis vir Hoylem Capellanum nostrum nobis dilectum quem
in nostris arduis negotiis ad Romanam Curiam presentibus dirigimus
confidenter duximus recommendandum petentes eandem omnibus
gratiam et affectum quatenus sibi intuitu nostri et comitiue sue
cum rebus quas secum habuerit absque ullo Theloneo
seu dacii solucione toties quotiens presentibus fuerit
de saluo et securo conductu in eundo et redeundo velitis
providere pro grata et multa accepta complacentia
nobis in eo ostendenda nos similiter vobis et vestris loco et
tempore se offerentibus grata vicissitudine curabimus rependere Datum

Conductus Corade Carlis

Veneranda nostra acceptione dignis de omnibus et singulis tam prelatis
et clericis quam principibus officialibus et secularibus personis
ad quas presentes nostre peruenerint Salutem in domino sempiternam
Cum honorabilis familiaris noster domesticus et continuus quem
presentium exhibitorem de presenti a Curia Romana pro
nostris arduis negotiis se transferat ad nos etc
et ad nullas mundi alias partes Idcirco vos omnes et
singulos requirimus et hortamur attente quatenus eundem familiarem
nostrum cum ad vos peruenerit ob reuerentiam sedis apostolice nostreque
consideracionis intuitu habentes gratiose recommissum suscipere fa-
uorabiliter atque tractare et in hiis que securitatem et
celeritatem sui itineris concernunt promptam et continuam
velitis et debeatis nostri Necnon ipsum
cum familia equis valisiis et arnesiis libris et
aliis rebus suis quibuscunque per quoscunque passus
portus iurisdictiones castra oppida villas et
quelibet alia loca vestra sine aliqua solucione dacii

pedagii Theolonei Gabelle et aliud onus quodcumque solucionis
tyme totiens quotiens oportunum fuit transire stare morari
redire et proficisci libere permittatis impedimentis
quibuscumque penitus motis providendo sibi dum per eum aut
suo nomine requisiti fueritis de salvo et securo conductu
ad honorem et specialem reverenciam presentis sedis apostolice
necnon amore et benivolencie contemplacione in eo nobis gratam
[illegible] complacenciam facturi

Presentacio

Venerabili Magister in Christo Patri domino [illegible] aut ipsius vicario in spiritualibus
generali Oltim et famoso regni Bohemie [illegible] monimentum
Reverende in Christo pater sincere nobis dilecte Cum [illegible]
[illegible] et [illegible] Sandtzey ad vota [illegible] laica
[illegible] quod [illegible] et [illegible] ipsius predicti Sand
tzey presentacionis iure vacare dinoscitur et ipsum alium
presentandi redijt nobis facultas Cum [illegible] pro
[illegible] de predictis [illegible] et [illegible] sic ut presentatur
vacantibus presentans [illegible] petimus requirimus quatenus
ipsum aut procuratorem ipsius nomine suo ad dictos [illegible]
tu et [illegible] dum fueritis predictis requisiti instituere
et confirmare [illegible] adhibitis [illegible] et solempnibus
in talibus fieri consuetis prout ad officium pertinet [illegible]

Litera protectionis Regis ad officiales tuos salutem

Universis et singulis prelatis capitulis dignitatibus principibus
Nobilibus Burgrauiis Consulibus Civitatibus et Officialibus
omnibus terrarum marchionatus et aliarum ad quos presentes
pervenerint fidelibus nostris dilectis Gratiam regiam et omne
bonum Magnifici Spectabiles Nobiles famosi sincere
nobis dilecti et fideles Ab experto cognovimus quod Regni
Ecclesia et ipsius Episcopo Capitulo et Clero per exercitus
primos et sedates in bonis possessionibus personis et rebus
suis fere incredibilia dampna et incomoda susceperunt
et adhuc nisi manum nostre protectionis relevare
preciosa formidant recipere prout ex crebris querulosis

quorundam Indigenarum presumit Cum itaque ecclesie
divina et humana nobis tanquam tutori omnium Ecclesiarum
Regni nostri et patrono commissio est defensio et
tutela propterea dictam Ecclesiam eorum cum ipsius Episcopo
capitulo et clero in manum protectionis et tuitionis
nostre suscepimus et omnibus censuris et Iuribus
ecclesiasticis gaudere iuxta nostra et nostrorum predecessorum
privilegia divorum et imperatorum annotato in Scedula grossa
et metricis volumus et sub nostra sinceritate et salvo
conductu vero bona sua mobilia et Immobilia
possideat et violentia nonnullorum subditi in Mesa per
aut invasores ipsorum et bonorum eorum pena criminis
lese maiestatis afficiendo tanquam fractores et violatores
securitatis nostre regie et nostrorum salvorum conductorum
Quocirca mandamus vobis omnibus et singulis Comitibus
et Castellanis Capitaneis Burgrabiis Castrorum et fortaliciorum
quorumcumque nostrorum Tenutariis et toti militie
Regni nostri quibus hinc inde mandata nostra sub penis
premissis irremissibiliter exigendo firmiter attendere et
custodire debeatis ad contrarium Datum

Expurgatio de crimine proditionis notorie

Universis et singulis principibus tam spiritualibus quam
secularibus necnon ducibus Comitibus Langraviis
Antistibus Nobilibus vulgo communibus et aliis omnibus
quibuscumque cuiuscumque status conditionis eminentie aut gradus
hominibus ad quos presentes pervenerint Salutem sinceram
caritatem benivolentiam et favorem Reverendi Prelati
Illustres Spectabiles Magnifici Nobiles Strenui
et famosi fratres catholici et Amici dilecti Intelleximus
quod quorundam zizaniatores emulatorum et emulantes
zizaniam vicinos suos per comitatus commercia ad
odium et dedecus nostre regie maiestatis Nobilem N de
quodam proditionis crimine notare non expavit
ipsumque quantum ad persuasionem nostre regie maiestatis

Armis Nove marchie pdire nos debuisset sub certa
parcium In quo nobis testis est deus et nra consciencia
p nobiscum ad tenorem pacta inigimus pfatus Rex appi
rauit Nouerint ad talium brachium nri emarcuit
potenciam · gracia pr diuine maiestatis fulcitus clemencia
vt sub tanta pusillanimitate victoriam nram tum
plures nobis contrariis Ubi sunt hec in fabulis
et totis orbis intercipit · quibus modis aut cuius
triumphorum titulis nos attenuit · quanta eciam in illis
felicitate · quanta perditorum · aut quanta strenuitate pressurae
norunt hostes nri · et fidem eorum si veritate am
plectunt Indicium potuit exhibere · quantum illis gestis
bellorum meorum patuerunt · quos tamen dno nedum
nra victima · sed et loca peregrina felicia et honesta
habuisse auspicia prestant Quocirca vos omnes et
singulos petimus regiminis et hortamur quatenus pfati
Rex detractoribus qui nram maiestatem oculto dolo
ad quedam contagia proinde arbitratur · succede
velitis fidem subtrahere et dum hec in vra presumpserint
divulgare vicia tanquam fame sue prodigarum
p complacencia nre maiestatis ora eorum debita re
sistencia obturare ⸗ Dat

Absolucio

Jacobus dei gracia Episcopus Cracouiensis · Discretis viris vicariis
Ecclesie Collegiate Sandomiriensis · et pntibus requirendis Salutem
in dno · Cum nos prouisionem ecclesie Crac diuina et humana
vacationem sortitis / auctoritate nostra ecclesie eiusdem Crac · sede vacante
administratio sit pcium perempta et extincta / nec alius pter nos in ipsa
Ecclesia et eius dioc · debeat auctorisare · ob quam presbiteri resque et bene pfati
dnus Jo · archipresbiter / et suorum presbiterorum officialium · cessit et manens debeat esse
Nos tamen ad maiorem cautela Controuersiam · b · de · b · quibus illa ecclesia de
biti tria marcarum · vacationem decime in · d · emptione / pfatos presbiteros horum litteris
pllibus in · d · confirmationem quorumque incorporabat · absoluimus · et absolutum esse pnun
ciamus mandantes vobis in · v · s · o · esse p quibus eundem · b · de · b · absolutum a quibuscumque
processibus · et censuris pfati · b · pllum mandetis · denunciari et quoties viderit
expedire · Datum in · p · tercia Augusti · Anno etc. · Nostro sub sigillo ·

Compulsoria pro Actis alicuius cause

Johannes etc. Iudex et Commissarius cause et partibus infrascriptis a Reverendissimo in Christo patre domino Sbigneo etc. specialiter deputatus Discretis etc. Ceterisque presbiteris curatis et non curatis et Tabellionibus publicis per et infra Civitatem Cracoviensem ubilibet constitutis presentibus requirendis salutem in domino et mandatis nostris firmiter obedire. Prefati Reverendissimi in Christo patris domini Sbignei Episcopi firmiter et humiliter obediendo mandatis. Cum in causa et causis que coram nobis vertuntur in vim appellationis inter honorabilem dominum M. de M. Cerona et honestos dominos .. Consules Kazimiriensis ac Cives Cracovienses pro de et super quodam laci ac aliis in huiusmodi causa deductis et eorum occasione partibus ex altera ad nonnullos actus et terminos Iudiciales gradatim et successive processissemus. Tandem coram nobis in Iudicio prefato domino M. procuratore pro se et parte et magistro H. de B. asserto parte predictorum dominorum Consulum cavente de rato pro eisdem comparentibus et hinc inde parte quilibet pro parte sua Acta et actitata in huiusmodi causa coram venerabili viro magistro Ja. de Z. Iudice et Commissario Cause huiusmodi et partibus supradictis per prefatum Reverendissimum etc. specialiter deputato facta et habita, ubi et qualiter reperirentur, prefatus tamen dominus M. procurator pro actis et actitatis huiusmodi coram prefato magistro Ja. per ipsas partes factis et habitis ad Causam ipsam facientibus et sine quibus de ipsius Cause meritis aput nos ad plenum liquere non potest, litteras Compulsoriales per nos sibi in forma debita et instancia dari prefato magistro H. parte ex adverso ibidem presente petiuit quas concedendas nobis eidem fore dandas decrevimus prout iure erant decernende. Quocirca vobis supradictis dominis Executoribus et vestrum cuilibet prefate obediencie in virtute et sub excommunicationis pena quam in vos et vestrum quemlibet trina tamen dictarum dierum monicione premissa ferimus in hiis scriptis nisi feceritis que distincte preciperimus mandamus, ceteris attendentes personam memoratum magistrum Ja. de Z. ipsiusque Notarium et huiusmodi cause coram eo Scribam, omnesque alios et singulos Iudices seu Notarios qui in suis Registris Scriniis et protocollis Acta litteras Iura et munimenta aliqua huiusmodi Causam tangentia habent ipsos et eorum quemlibet semel et dimissim quociens opus fuerit ex parte nostra moneatis et requiratis, quos et eorum quemlibet et nos presencium tenore monemus et requirimus, ut infra sex dies etc. quos sex dies ipsis et

coram quibuslibet, personis dilacionibus etc et assignacionibus, predicta acta et actitata
Iura literas Instrumenta privilegia et munimenta causam huiusmodi et eius
merita concernencia et tangencia quelibet, in publicam formam redacta, seu eorum
originalia, aut aliis talibus modo et forma, disposita quod eis aput
nos in Iudicio et extra, plena et integra fides, adhiberi possit
et valeat, expensis tamen utriusque partis, disponat et disponi per
auctoritatem nostram quod nobis aut forsan nostro commissario surrogando dent et
assignent realiter et cum effectu, salvo tamen Notarii salario competenti,
Alioquin si secus fecerint seu eorum alter secus fecerit, nos contra eos et ipsos
et eorum quemlibet, contumaces et dimissionem, eius nomine invocato etc, sententias diebus
dominicis Candelarum etc Datum etc Anno sub sigillo etc.

Comissio Epi.

Obligueus etc Venerabili viro etc Salutem in domino sempiternam, hodie
exhibito coram nobis Instrumento appellacionis manu Circumspecti Jo.
Tho. de B. Imperiali auctoritate Notarii publici subscripto et consignato
pro parte Providorum A. B. etc a quadam sentencia Interlocutoria venerabilis
viri etc Iudicis seu Commissarii per nos in causa inter prefatos Jo.
putantem et P. eius putatum, predictam ex una et Nobiles
A. B. C. putantes ac discretum P. de B. Clericum nostre diocesis
Cracovien. predicte Clericum ipsorum ad predictam prebendam et
adversus putatum, pro de et super impersonatum et putandi eiusdem
prebende aliis quam in huiusmodi causa deductis et eorum occasionibus partibus
ex altera, vertente, specialiter deputati per partem predictorum A. B. et
contra prefatos duos Jo. et P. lata, ad nos et sedem nostram specialem
interposite, Causam et causas appellacionis huiusmodi, una cum
toto negocio principali, vobis de cuius legalitate fide et experiencia
plenam in domino obtinemus fiduciam, cum omnibus suis emergentiis
contingentiis dependentiis incidentiis et connexis, committendam duximus
et committimus presentes, Mandantes vobis, quatenus causam ipsam in eo statu
et puncto, in quo ultimo apud prefatum dominum Raphaelem etc, indecisa remansit,
que hic sufficienter volumus haberi pro expressis, resumentes ulteriusque
audiatis et fine debito decidatis et terminetis Testes autem etc.

Citacio cum Commissione contra desertorem proprii beneficiorum

Sbigneus dei gracia Episcopus Cracouiensis Honorabilibus et discretis viris Vicarijs et Ebdomadarijs Ecclesie maioris Cracouiensis Necnon parrochialium Ecclesiarum Rectoribus et eorum locatenentibus Ceterisque presbiteris Curatis et non curatis per et infra Ciuitatem et diocesim nostram Cracouiensem vbilibet constitutis presentibus requirendis Salutem in domino sempiternam. Pastoralis cure nos solicitante officio debita animaduersione ad ea nostre consideracionis oculos libenter que saluti commissis nobis diuinitus credito videntur accomoda. Hinc est quod clamor populi et fama publica, totius fere diocesis Cracouiensis predicte, intantum excreuit et excreuit aures auditus nostri concuciendo quod nulla tergiuersatione amplius nobis silencio transeundum est. Qualiter honorabilis Derslaus de Crzyszanowicze prepositus Wislicensis et Canonicus Cracouiensis Ecclesiarum contra sui et totius status clericalis honestatem, quadam cordis excecatus duricia, bona predictorum suorum beneficiorum a multis iam Annis per suam inaduertentiam vsque ad extremum desertauit et consumauit, et in Cura et Officijs dictorum suorum beneficiorum de die in diem innumeras commisit et committit negligentias quod etiam Ecclesia Wislicensis cuius ipse post Pontificalem dignitatem primus existit prelatus, omnis quod sibi procurandum diuinis pro diuinis officijs eiusdem Ecclesie incumbit propter defectum fere duabus septimanis vacua in diuinis remansit officijs ad tantum quod in Cura et oneribus dictorum suorum beneficiorum supportandis negligens et inaduertens existit quod nec per se nec per alios in ipsis Ecclesijs Cracouiensi et Wislicensi onera sue proprie occasione dictorum suorum beneficiorum incumbencia, curat aliquando adimplere. Et quod et insuper mala malis accumulans, animo suo instabili indurato in scandalum christifidelium non modicum Censurarum Ecclesiasticarum contemptorem se ad tantum reddit quod sepenumero Sentencias excommunicacionum in ipsum ad instanciam multorum suorum creditorum per Officialem nostrum Cracouiensem et alios Ecclesiasticos Iudices prolatas, aliquando anno continuo, aliquando amplius sustinere et pati non erubescit. Tot quod et tantis defectibus negligencijs

et criminibus publicis laborat, quod propterea penitus et omnino inhabilem et indignum ad optinendum dicta sua beneficia se reddit et facit. Quocirca vobis executoribus supradictis et vestrum cuilibet sancte obediencie in virtute et sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus quatenus accedentes personaliter prefatum Derslaum prepositum Wisliciensem et canonicum Cracoviensem Citetis, quem et nos nostro citamus ex officio, ut coram Venerabilibus viris dominis Derslao de Borzimow Archidiacono et canonico Thoma de Strzampino Canonico Cracoviensi decretorum doctoribus, feria tercia proxima post Conductum pasche hora terciarum et peremptorie Cracovie in domo prefati domini Derslai Archidiaconi personaliter compareat, Ad respondendum medio ipsius corporali iuramento, Certis articulis, de et super premissis suis defectibus, negligencijs et criminibus parte nostra ex officio, contra ipsum iam datis et obiectis, Certificantes ipsum quod sive in dicto termino parere curaverit sive non nichilominus contumacia ipsius non obstante, ad ea que iuris fuerint per dictos duos Iudices per nos in huiusmodi negocio et inquisicionis causa specialiter datos et deputatos, dante domino procedetur. Nos etenim alijs arduis et maximis adpresens occupati negocijs, inquisicioni et cognicioni premissorum contra dictum Derslaum per se intendere non valentes, predictis Venerabilibus viris dominis Derslao de Borzimow et Thome de Strzampino decretorum doctoribus Causam inquisicionis huiusmodi contra dictum Derslaum prepositum et vices nostras, et cuilibet eorum industria pariter et experiencia plena habentes in domino fiduciam cum potestate Citandi ipsum Derslaum tociens quociens visum fuerit, et alijs omnibus et singulis suis

emergencijs

incidentibus dependentibus et emergentibus causis ad sententiam diffinitivam
inclusive cognoscendum discutiendum et committendum audiendum tractandum
decidendum declarandum et fine debito terminandum, dantes et con-
cedentes vobis et vestrum cuilibet in solidum plenam liberam et omnimodam
potestatem facultatem et auctoritatem privandum et destituendum
ipsum Dorsleand (?) de beneficiis suis predictis seu eorum altero
simul vel successive, postquam receptis probacionibus cul-
pabilis fuerit repertus in premissis seu eorum altero. Ut pro-
tandem egressus penitus ad cor redeat et correctus actibus
suis penitencia condigna commissa animam suam salvare valeat
atque possit. Testes autem qui nominati fuerint si se gratia
odio timore favore subtraxerint censura ecclesiastica
mediante compellatis veritati testimonium perhibere. Datum
Crac. die [...] prima mensis Aprilis anno etc. septuage-
simo sub sig.

Dimissoria

Obigneus etc. Discreto Michaeli presbytero de Buzow
nostre dioc. in Christo nobis dilecto salutem in domino. Cum tu
ratione uberioris fortune consequende in aliis dioceses te confe-
re proposuisti, super quo a nobis licentiam postulasti. Unde nos
peticionibus pro te nobis oblatis benignitatem inclinati damus
et concedimus tibi licentiam quibus possis et valeas in aliis
diocesibus in quibus declinaveris demorari et officia statum
tuum sacerdotale concernentia exercere, dummodo ordinarius consensus
diocesani ad id accesserit. Datum Crac. die [...] mensis Januarii
anno domini 1477. Nostro sub sigillo presentibus subimpresso etc.

Honorabilis domine P. amice et frater dilecte. Ex querela Vicarii in O. dm [...]
precum [...] accepi quod dominus S. W. plebanus modernus in Z. in placi-
tis sibi iniuriatus retinendo salaria anni integri, quod ecclesia in Z.
vacante promeruerat. Rogo facite opem vestram prefato domino J. vicario
et quantum potestis adiuvate illum, ut sine ampliori impensa
prefatus dominus S. plebanus in Z. cogi possit ad faciendum sibi sui emolimenti (?)
salarii solucionem. Valete feliciter. Datum Cracovie die Mercurii
[...] mensis Aprilis Anno domini 1479 Nostro [...] etc.

Commissio cum revocacione et inhibicione cause alteri in causa appellacionis a sententia interlocutoria cum citacione

Zbigneus Dei gracia episcopus Cracoviensis Discretis viris vicariis et commendariis
ad ecclesiam kathedralem ad Sanctum Mathiam ad Omnes sanctos in Cra-
covia [illegible] requirendis Salutem in Domino. Significavit nobis quod hodie
appellacionis instrumento publico manu Cristofori Stanislai de Cuwisz-
volya nostre diocesis clerici et notarii publici conscripto et a qua
interlocutoria [illegible] fructum et proventum per olim dominum Nicolaum in
Strzyszka plebanum derelictorum per venerabilem dominum Clementem de Naw-
oyowa canonicum Cracoviensem iudicem ad eandem causam a nobis datum per parte
honorabilis Georgii Swarcz in Strzyszka plebani moderni ac venerabilis
et discretos dominos magistrum Paulum de Pyskow sacre theologie licenciatum
Nicolaum Bardealef [illegible] in Myeczowyna et Mathiam de Sancta
Flor[illegible] presbiteros et dicti olim Nicolai plebani executores et eorum
[illegible] lata et promulgata ad nos interposita presentato et exhibito
per parte dictorum dominorum executorum fuimus instancia petiti quatenus
huiusmodi causam alteri committere [illegible] Georgium citare
[illegible] et ipsum dominum Clementem de Nawoyowa inhibere [illegible]
alias opportuna et iuris dare et concedere dignaremur. Quocirca
vos dominis executoribus in [illegible] sub excommunicacionis
[illegible] mandamus quatenus citetis peremptorie prefatum Georgium Swarcz plebanum
de Strzyszka [illegible] quem et nos citamus presentibus ut coram
venerabili domino Raphaele de Skawina canonico et officiali nostro Cracoviensi
